



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Digitized by Google

~~2499H28~~

~~2500H35~~

OK 61-2276



4. ft.


Hugonis de Roy I.C.

D E E O
Q U O D J U S T U M E S T,

Et circa illud

Philosophiae, Theologiae,
J U R I S P R U D E N T I A E

S Y N C R E T I S M O
L I B R I T R E S.



U L T R A J E C T I ,
Ex Officina G ISBERTI à ZYLE.
A N N O C I C C I C X L V .



Nobilissimis, Amplissimis,

Prudentissimis,

D. D. P R A E T O R I,

C O N S U L I B U S,

**Totique Senatui veteris Civitatis
Trajecti ad Rhenum.**

Qua tempestate, Viri Amplissimi,
animū meum ad graviora disciplina-
rum studia adjicerem, illud imprimis
mibi propositum fuit, quantum mortali fas
est rerum causas cognoscere, atque adeo cog-
nitiovis via ad Sapientiam grassari. Conti-
nuò sensibus animoque obvium fuit, quod us-
que à cunabulis didiceram, & apud Flac-
cum extat,

Ad summam, S A P I E N S uno mi-
nor est J O V E : Dives,
Liber, Honoratus, Pulcer, Rex de-
nique Regum.

Videlicet illud est, quod proiectior etas pre-
pius intuita est: nimurum animal illud ra-
tionale, quod vocamus hominem, Deo Im-
mortali proximum fieri sapientie mysterio,
& ceteris majus mortalibus esse scientie
adminicula. Dives ingenii beneficio, etiam si
mendaces.

DEDICATIO.

mendicet : nihil enim illi deest ad bene be-
seque vivendum. Liberum rationis vi , eis
omnia parent , etiam si servitatem serviat:
Honoratum porro Sapientie supercilios etiam
ab ignorantia subditis. Pulcrum eruditio-
nis gratia , que vel invitox trahit , ex ad
amorem sui pellicit. Denique Regem esse, Re-
toremque humani generis animi praestantiam
etiam si penuria ex fame in regno suo moria-
tur : Neque enim id ejus culpe imputari
potest , sed ingratitudini hominum adscribi
debet. Merum id Stoicismum sapit , sed à
vero tamen haud alienum est. Vulgus quo-
que id non capit , nempe quia in ratione po-
situm est , à qua abest quam longissime.
Quippe ridiculum saepe vulgo videtur , quod
per se tamen bonum ex honestum est. Ego
vero neutquam vulgare putari , quod per-
paucis contigit , neque adeo ridiculum esse
aut exiguum , quod indefesso conatu , atque
imperio affectane gloriofissimi ratiocinan-
tium. Me quod attinet , ad humanam so-
cietatem natus , ad civilem doctrinam edu-
catus , ad Iurisprudentiam demum promo-
tus , non ad unius rei misellam scientiam ,
sed ad divinarum acque humanarum rerum
solidam notitiam , cuius fructus in omnem
vitam utilissimus est , ex ad justi atque in-
justi

DEDICATIO.

justi veram scientiam , que ceterum ipsum pos-
cit , astriculum me attigatumque sensit. Ad-
huc magnum patiori acque homine dignum
est , scire quid iustum rationalis creature ,
quid iniustum , quid aequum , quid iniquum
quid turpe , quid honestum . At vero maius
quid , no pregaranda non ignorare qua ratione
quid est , vel non sit. Verumque multo-
rum nostri ordinis existavit indubiam , sed
posterioris cordatissimorum tantummodo ex-
ercuit ingenium. Nemo tamen ita defunctus
hoc cura est , miror omnibus fecerit. Es-
t enim facile quidem cuique finis , atque etiam
nihil est inventio aliquid superaddere , neque
ideo difficile rationes rationibus cumulare :
ut omnino rationem solidam , ac rectam
esse quippe , hoc vero ex difficile est , ex arduum.
Nimis angusta res est in eo non errare : neque
unus mortali datum est , huic rei extremam
manum imponere , atque adeo semper ex
ubique sapere. Suis cuique Iudicii modulus
est , suis enique ingens bona , sed huic , quam
illi benignior. At denum ita sculptus est
circumque hominis anima , ut longè magis
fucis , quam nervis capiatur. Cui rei experi-
mentum probabo pleraque quae hodie in lucem
prodeunt. Quod enim quisque in fingendo in-
genius est , eò se in scribendo doctiore putat ,

DEDICATIO:

ab aliis magis estimari cupit : preposte
existimans minori laude antiqua , ac recepta
tractari , quam nova quedam , vulgo cere-
brina fingi , que plerumque si parum adver-
tas aliquid praese ferre videntur , at si pro-
pius inspexeris in naturam suam recidunt ,
hoc est , ut nihilum . At longe mihi alia mens
fuit . Non sustinui temere ab iis dissentire , que
diss bona ex aqua visa sunt : sed ea potius
novis rerum argumentis , solidis rationibus ,
ex faciliore , si fieri posset , methodo illustra-
re . Ejus rei evidens argumentum contineat
presens opusculum . Quod sentio satis esse exi-
guum , sed nec ab authoris intentione , nec a
I.Cti officio alienum . Illud vobis , Viri Am-
plissimi , eo consecratum : ex quovis judice
Iure ex merito . Si quid enim sit quod in jure
possim , si quid praeter illud , id omne vobis de-
betur primò , ex Reip . Deinde ex ceteris omni-
bus rationalibus creaturis . Natura me ad hanc
humanitatem formavit , ex rationis desuper
opus confirmavit . Academiam illustrem in-
stituisti , atq; in ea viros Professoria cathedras
dignissimos , quod perquam laudabile fuit .
At quod multò pulchrius est , si Reip . minis-
tros desideretis , Si Consiliarios , si Senatores ,
si Iudices , si Professores , non est quod extra
Provinciam eos , imo extra urbem restram-
que-

DEDICATIO.

queratis : habetis enim in celebri civitate ve-
stra cives , habetis indigenas , habetis incolas ,
quorum eruditio est ejusmodi , ut de summis
rebus contendere non erubescant cum doctissi-
mis mortalium . Quid quod suavissimum illud
hominum genus , famineum puto ; summum
glorie fastigium attigerit , atque adeo erudi-
tione sua cum masculino pro imperio certet ,
et ad regnum aspiret . Quod ego quidem illa
ex animo cedo , et utcunque , si quid meum
possit votum , voreo et auguror . Ne memorem
nobilissimam Inventum discentium coronam ,
eorumque supra spem vestram , ac preter op-
nionem omnium , et ad invidiam usque af-
fluxum frequentissimum . Nec tamen preter
meritum aut Civitatis aut Academia vestra .
Quippe nationum Gentiumque omnium Ad-
venas ad se trahit non loci solum oportunitas ,
Caeli salubritas , urbis celebritas : verum etiam
eos invitat generosissimorum hominum con-
versatio , sapientissimorum virorum doctrina ,
atque omnium pariter comitas . Ut raseam
magnificentiam , ac munificentiam vestram ,
qua Provinciales quoescunque superatis floren-
tissimos . Quid restat ? nihil equidem video , nisi
omnibus patrocinari in eo quod justum est , at-
que ita providere ne quid augustissima societas
vestra detrimenti capiat . Neque est , qui aliud

“DEDICATIO.”

à prudētia vestra expectat. Quod si vero meus
hic labor vobis non displicerit, mirum in repon-
dum mihi gratulabor. Novi enim inter vos
nobiles et eruditas viros, qui praeclarè admo-
dum judicare poterint, si quid appositiè hic
dictum scriptumque sit, quod antiquatatem
et nobilium aucthorum monumenta illustret.

Nobilissime Amplitudini vestre

devotus

HUGO DE ROY.

IN TRES LIBROS
DE EO
QUOD JUSTUM EST
PROLEGOMENA.

DE occasione hujus operis, aut excellentiâ materiæ multa præfari supervacui laboris videbatur. Nam primò pauci sunt, qui ignorant, quidnam mihi in hâc arenâ sit negotii: Deinde excellētia materiæ ex difficultate abundè unicuique constat, & dignitas ejus ex utilitate constabit. De ratione verò operis atque ordine hęc fere notabit, si cui nostra in manus inciderint. Prēmisi tractationem ejus, quod justum est. Quoniam ordine & ratione prius videbatur explicare quid Justum esset, antequam determinari posset, quid ad justi speciem seu denominationem rectè referri posset, nec ne. Illud autem non determinandum existimavi absolutè ex Sententia J. Ctorum, ne judices in propria causa jure meritoque refellerentur: verum etiam firmamentum quæsi

PROLEGOMENA.

quæsivi ex assensu Philosophorum, ac Theologorum, quorum ideo rationes indistinctè admiscui. Secutus itaque hoc quidem tempore, & hâc in quæstione eos promiscuè omnes, non ut juris nostri, sed ejus quod justum est, interpretes. Quod si passim Philosophiæ principia, ac Theologiæ precepta tradiderim, atque interpretatus sim, non ob id tamen fallacem in alienam messem immisisse videri possum: Nam cum ex iis deducatur, quod in quæstione versatur, justum, perpetuum utriusque, quemadmodum Jurisprudentiæ objectum, infelicissime iis omissis de eo quod Justum est disputaretur. Quod si verò non ut Philosophus, aut Theologus, sed J. Cetus ea tractarim, atque adeo ea, quæ in iure nostro constituta sunt, iis accommodarim, omni modo excusandus sum: dum id propriè iuris periti munus sit, & iuris calumniatoris esset ea in odium Juris Civilis & præiudicium retorquere. Quæ ratio fuit, ob quam ex fontibus eorum hauserim, quæcunque ad iustitiam cujusque partis, ex jure vel Gentium

PROLEGOMENA.

Gentium vel Civili propositę, maxime pertinere arbitratus sum. In nullius tamen aut verba aut sectam iuravi, sed in eam, quæ mihi videbatur, veritatem. Cuius vera ac falsa dogmata nō penes singulos, sed penes omnes inveniri posse, non pauci ante me demonstrarunt. Non itaque Philosophiam aut Platonicam præposui, aut Stoicam laudavi, aut Epicuream reieci, aut Aristotelicam flocci feci, sed veram & iuridicam affectavi, hoc est, quæcunque ab aliquo illorum benè ac præclarè dicta sunt, ea in rationis usum selegi, & ad veritatis stabilimentum apposui. Egregia quidem Flato docuit, præclara Stoicus reliquit, sed etiam bona Epicurus, nec absurdā Aristoteles. Deinceps Theologus sua habet loca, & numeros: & ubique J. Ctus utramque facit paginam. Cæterum magis sollicitus fui de iis, quæ in aliorum scriptis apprehendi, quam quæ reprehendi potuerunt. In iis autem allegandis non alia interpolavi, quam quæ aut brevibus periodis complexa erant, vel alioquin maxime ad

PROLEGOMENA.

propositum necessaria videbantur. Usus etiam sum non raro sententiis Oratorum ac Poëtarum: Non quasi illis indistinctè credendum sit, vel quicquam contineant, quod cæteros latuerit: sed partim, ut meis aliquid ornamenti accederet, partim vel maximè, ut sententia nostra magis magisque adstrueretur, si plurimos ac diversos idem pro vero, ac certo affirmasse constaret: veritatis enim speciem habet omnibus aliquid videri. Per multa tamen omissa sunt brevitatis causa, quæ ad confirmationem sententiae nostræ vel obvia essent, vel alioquin facile reperiri potuissent apud varios authores. Sed, cum causa nostra aliunde non corroboretur magis, quam ex illatione ex principiis boni & æqui, & præmissis rationalibus deductâ, id unicè mihi curæ fuit, ut omnia ad notiones quasdam certas atque indubitatas, & utcunque ab ipsa natura determinatas, quas nemo ratiocinantium ignorare potest, referrem. Et ne id meo solum rationis usu dijudicare viderer, Philosophorum passim, vel Theologorum, vel

J.Cto.

PROLEGOMENA.

J.Ctorum, & plerumque omnium assensum superaddidi. Ne Rabbinis quidem, ac Talmudicis omissis, quorum doctrina perpaucis nota est, quemadmodum & cæterè Hebræorum res vix uni rectè constant. Porro in id operam dedi, ne iura divina & humana, naturalia, rationalia, & Gentium confunderentur: Quod si in eo, ut discernerentur laborarim, summâ ratione id me fecisse arbitror, & cum viris quibusdam antiquissimis, æque ac doctissimis. Demum boni & æqui fundamentis positis, ex quibus, quid cuique tribuendum vel non tribuendum, restituendum vel non restituendum sit, apparet, facilitiori negotio defensionem Usucaptionis & Præscriptionis executus sum, eamque in utroque foro iustissimè admitti pro virili sustinui. Atque id, quidem, (ut præterea rectum Philosophorum sensum) autoritate tam civili quam Canonica. Videlicet in foro fori maximæ authoritatis penes me fuere J.Cti, qui in D.Cod. & Nov. relati sunt. Quoniam præter omnes alios semper & ubique optimas rationes reddunt ad demos-

PROLEGOMENA.

demonstrandum id, quod bonum & æquum esse statuunt. Haud secus in foro Poli iuris Canonici conditores plurimi faciendos existimavi, quatenus Canones iuri divino congruos constituere. Alias namque si quid contra S. Scripturam tradiderint, (quæ verè Canon est iuris ac voluntatis divinæ) ut fictitium ac subdititium extermineandum est. Quare loca Sacræ Scripturæ passim & ubique adjunctæ sunt. Minori fide, quamvis non minori laude dignos habui utriusque juris peritos, qua veteres, qua recentiores. Etenim non legislatores illi sunt, sed juris legisque interpres. Est autem & mihi interpretandi jus, legemque legitima potestas. Quamobrem qua ego libertate in eorum opinionibus dijudicandis usus sum, eadem vel major illis sit, atque universis in hisce meis. In iis enim salvo aliorum judicio meam sententiam liberè professus sum. Denique quamvis campus omnium latissime pateret, singula tamen quam potui brevissime numeris suis absolvi, ne opus in immensum excresceret,

quod

PROLEGOMENA.

quod vehementer odi. Enimvero suffecit singula eatenus attingere , quatenus ad propositum facere arbitrabar : Pleniori singulorum tractatione singulorum Scriptoribus relictâ. Quibusdam nihilominus paulò longius immoratus , si vel paulò majorem difficultatem haberent , vel maxime ad institutum pertinerent. Adhæc s̄epissime unico verbo maxime significanti , vel distinctione esentiali pluribus difficultibus controversiis, quæ minus ad propositum facerent , & tamen inciderent , decisiones impo-sui : quas eruditus lector advertet , & brevitatem eodem judicio excusabit. Nihil interim , quod sciam , omisi , quod ullus interpretum ad punctum quæstionis retulit. Quod si plura retulerim non culpandus sum , si modo appositiè. Non verò perfectum quid , aut errore vacuum promittere aūsim : quum ne quidem à doctissimo mortaliūm tale quid hactenus prodierit , etiam in rebus & quæstionibus minoris momenti , & difficultatis. Quo magis excusandus sum in nostris , in quibus perplexa rite extricare , confusa

PROLEGOMENA.

in bonum ordinem reducere , veriae
falsi sinuosos anfractus satis superque
habere exploratos , Justi atque injusti
limites recte discernere, de Principiis
omnium bene conjicere, fundamenta
boni & æqui, ut oportet , ponere ,
iisque positis appositè superstruere ,
res ardua est , cujus perfectio nulli
mortalium concessa est. Unumquem-
que tamen , qui nostra legere digna-
bitur , rogatum volo , ne mutila-
tim , sed omnibus perspectis , sin-
gula dijudicet. Nam quemadmodum
in jure nostro turpe est de aliquâ legis
parte judicare totâ non perspectâ, quia
ex antecedentibus , mediis , & conse-
quentibus veritas dignoscitur : Ita
etiam iniquum erit de hisce judicium
ferre omnibus non perspectis. Ete-
nim pleraque ita cohærent , digestaque
sunt , ut alterum alterius auxilium
desideret. Id quod omnino præmo-
nere volui , quoniam hoc vitium in
aliorum sententiis & scriptis dijudi-
candis penes Blaterones quosdam
frequenter hodiè committitur ; qui
loca vix ex indice nota statim dijudi-
cant in maximum sæpe authorum

præju-

PROLEGOMENA

præiudicium. Si quid tamen humanitus mihi contigerit, & perperam quid dictum scriptumque sit, id ea quisque, quâ par est, humanitate excusat, ac corrigat. Postremo id moneo, ne quis vulgi in morem fucis magis, quam veris se capi patiatur. atque adeo si quis ex lectione eorum, quæ hoc opusculo continentur, fructū aliquem quoquo modo sentiat, eum sibi ipsi magis, quam nostræ industriæ acceptum ferat. Valeat interim ille, quicunque sit, & me amet.

HUGONIS de ROY J.C.

De eo Quod Iustum est.

LIBER PRIMUS.

TITULUS PRIMUS.

Quid Justum sit.

1. *Fons & origo ejus quod justum est.*
2. *Quid sit justum.*
3. *Partes boni & aequi. Principia naturae & precepta rationis.*
4. *Natura ex rationis finis.*
5. *Hinc demum Ius Naturale & Rationale.*

DE eo quod justum est acturis fontem ejus, & originem investigare operæ pretium, & operis initium est. In eo antem investigando non est quod multum laboremus: quippe satis superque seipsum ostendit purus ille fons boni & aequi, nimirum ipse Deus. Ex eo nec aliunde profluit si quid sit bonum, aequum, justum, verum, rectum, aut perfectum. Quod nec Ethnici latuit, nec

A

Ethni-

LIBER PRIMUS.

Ethaicissimos puduit confiteri. Crimen autem esset læse maiestatis divinæ, si quis nostrum (Christianorum scilicet) mentis integer, purusque sceleris hominum id figmentum esset doceret. Omnes etenim homines declinaverunt, omnes inutiles facti sunt; non est qui faciat, imo non est qui cogitet bonum. Hoc mortales lubentius ad Dei cultum perducit, & venerationem Divini Numinis etiam ab invitatis extorquet. Actum scilicet est de nobis, si in nobis non habitet, sine quo viri boni esse non possumus. Nimirum si non resusciretur in nobis recta illa ratio, perfectio animi, solum bonum, summum donum, (quoniam loquamur cum D. Paulo) Divinum Numen, sola æquitatis Imago, atque unica Justitiae idea. Gentiles idcirco Noachidarum posteritas, nedum alii plerique omnes, Sacra Themidos tractaturi ab imploratione Divinæ opis exorsi fuerunt. Nos autem eorum exemplum secuti illotis manibus ad ea non aggrediemur. Præsertim certi non aliunde, nisi à Deo principium esse, à Deo medium dirigi, à Deo ex-

tum

TITULUS PRIMUS.

tum, à Deo & in Deo omnia terminari. Adhæc non erubescimus confiteri, ratiocinationem in nobis locum non habere, neque adeo in nostris formari corpusculis. Solus enim optimus Maximus nos dirigit in viam veritatis per illuminationem probationis supernaturalem, & in viam certitudinis per demonstrationē divinam. Ille ipse neque aliis cor Deum timens nobis infundit, sensum vere rationalem restituit, os verecundum format, manum eruditam dat. ac dirigit. Nemo mortalium exsurgit supra vulgus, si non ab eo adjutus. Potens est, quia vult, & vult, quia Pater est. Quis igitur aliud ostendet nobis id quod querimus, quod bonum, æquum atque adeo quod justum est? Eleva supra nos vultus tuū lumen Domine: Nec alias poterit res tanta sine adminiculo gratiæ tuæ stare, nec quicquam ex voto cedere etiam de minimis disputaturis. Prope ad sis! Dominus noster es. Nobiscum sis! Pater noster es. Intus sis! Deus noster es. E S T O.

2. De eo quod justum est, variè disputatur, neque inter J. Ctos folium

LIBER PRIMUS.

verum etiam inter Philosophos ac
Theologos. In uno omnes conve-
niunt, videlicet, justum nihil aliud es-
se, quam id quod bonum & æquum
est. Id Aristoteles ostendit *lib. 5. Ethic.*
cap. 7. Idem Cicero pluribus locis, in-
ter cætera *lib. 2. de ll.* idem Suarez *lib. 1.*
cap. 2. num. 4. ex alibi de ll. accedit Au-
gustinus *Lib. 2. cap. 17. in fin. de Civit.*
Dei. Et ibidem L. Vives variis id inter-
pretatur, & ostendit bonum & æquum
juris fontem & originem statui. Quâ
de causâ penes nos in *L. 1. D. de Iustit.*
& jure. Jus nostrum eleganter à Celso
definitum refertur, *Ars boni ex aquo.*
Cujus meritò Sacerdotes appellamur,
authore ibidem Ulpiano, accedente ac
corroborante auxilio & declaratione
Imperatoriâ. Quippe justitiam coli-
mus. Boni & æqui notitiam profite-
mur. Äquum ab iniquo separamus.
Licitum ab illicito dicernimus. Bonos
non solum metu pænarum, verū etiam
præmiorum exhortatione efficere cu-
pimus: atque ita veram, non simila-
tam Philosophiam affectamus. De
origine nostræ artis locutus Cicero
lib. 1. de Oratore. Fremant omnes licet, ait,
dicam

TITULUS PRIMUS.

dicam quod sentio. Bibliothecas meherculè omnium Philosophorum unus mihi videretur sc̄i. tab. libellus, si quis legum fontes & capita viderit, ex authoritatis pondere & utilitatis libertate superare. Plura non addemus, ne quis existimet, nosmet studium nostrum laudando extollere. Sed dicemus quale illud sit, quod quæritur, vid, quid bonum & æquum atque adeo quid justum à nobis constituatur.

3. De eo autem omnis quæstio duplex statui potest. Unum genus, quod ad finem naturæ communis pertinet. Alterum, quod ad finem rationis determinatur. Illud positum est in principiis, quibus in omnes partes Usus vitæ communis omnium nempe viventium, seu animantium confirmatur. Hoc verò præcepta continet, ad quæ in omnes partes vita specialis ratiocinantium dirigenda est. Utriusque an, & cur sit ratio probabilis reddi potest ad Archetypum hominis, qui ex corpore & animâ constat. Si namque corpus additum non fuisset, Numen esset, sin verò anima rationalis indita non fuisset, bellua esset; Nunc autem utraque natura miro divini Numinis

LIBER PRIMUS.

artificio combinata est ; adeo ut nec Numen sit , nec bellua, sed homo. Et qualis ? nimirum principiis naturalibus boni & æqui, & præceptis rectæ rationis supernè dotatus : Quorum hæc tum Deo Creatore suo , illa cum Belluis communia habet . Sed quemadmodum ? videlicet, ut his ad finem rationis deducatur ; illis ad finem Naturæ dirigatur , utrisque simul ad actum naturalem rationalem formetur.

4. Quod si penitus hominem inquirere volupe sit ; Homo ut est ens quoddam individuum , principia insita habet ad conservandum suum esse : Deinde, ut est ens corruptibile & mortale , principia insita habet ad conservandam suam speciem ; Qui quidem naturæ finis , communis etiam belluis est. At verò si ulterius hominem consideremus , ut est ens rationale ; principia insita habet rectæ rationis , cuius vi & efficaciâ capax est immortalitatis , perfectionis spiritualis , communicationis cum Deo , & Societatis cum sui similibus. Neque enim aliis in hâc mortalitate rationis finis est , quam ut homo communicet supernaturaliter cum

TITULUS PRIMUS.

cum Divino Numine, & naturaliter
cum rationalibus Creaturis.

Hinc omne principium, Huc refer exitum.

5. Etenim duplex inde jus necessariò profluit, & illuc referri debet. Quorum alterum colligitur ex Principiis boni & æqui naturalibus, quod naturale à J. Cts nuncupatur, communione omnium animantium. Alterum ex præceptis rectæ rationis constat, & naturale rationale dicitur, communione omnium ratiocinantium.

A 4 TITU

8 LIBER PRIMUS.
TITULUS SECUNDUS.

De Iure Naturali I. Ctorum.

1. *Quid sit Ius Naturale.*
2. *An I.Cti ex Animalium ailibus querantur id quod justum est.*
3. *Principia naturae homini cum Brutis communia. Ex ailibus ex exemplis id constare.*
4. *Laur. Valle aliorumque de jure naturali opinio.*
5. *Quorundam I. Ctorum distinctiones Iuris naturalis sed minus congrue.*
6. *Vindicatur Ius Naturale à Pythagorcorum sententia.*
7. *Qua ratione homo in terminis naturalibus consideretur.*
8. *Confirmatio demum ex Platone et Suarez.*
1. *IUS Naturale Ulpianus definit, quod Natura omnia animalia docuit.*
Quae definitio eis in modum Imperatori Justiniano placet, ut eadem in definiendo jure utatur. arg. l. i.
9. *3. D. de Iustit. ex jur. Princ. Inst. de Iur. Nat. Gent. et Civil. Nec secus placet J. Cts Orientalis Imperii. Basilic. lib. 2. Constant.*

TITULUS SECUNDUS. 9

*stant. Harmenop. Prochir. lib. I. tit. I. Cu[m omnia animalia dicunt, Bruta non excludunt. Neque enim potuerunt, dum feras etiam ejusdem juris peritiā censi viderent. d. l. I. §. 3. in fin. D. eod. Augustinus hujus juris & naturę conditorem Deum constituit, ejusque notitias & facultates naturales nequaquam à Dei voluntate sejungit. lib. 5. cap. 9. de Civit. Dei. Ideoque deinceps lib. I 9. cap. 21. concludit justitiam ad normam naturae dirigi oportere, cum id ipsum justum sit, quod secundum naturam est, scil. unumquodque in suo genere. In de Connarus *Comment.* lib. I. cap. I. n. ult. statuit, non licere jus a naturā sejungere, cum illud nobis non opinio, sed innata quædam vis afferat, authore Cicerone. lib. 2. de Invent. Etenim prima atque optima justitiae magistra natura est: quæ nullo vocis ministerio, nullo litterarum usu indulgens, propriis ac tacitis viribus justitiam omnium cordibus infundit. Hac de causa penes nos contigit, ut etiam ex omnium animalium naturā & actibus, illis vid. que naturae eorum convenient, quadam tenus confirmari soleat id, quod justum est;*

LIBER PRIMUS.

& huic juri plerumque adscribatur ; quod naturalis nomine vulgo Iuridice indigitatur. Et sanè, cur ex iis non aliqua juris p̄cepta sumamus , a quibus & providentia & diligentia & castitatis & cæterarum virtutum exempla petere possumus. *Connan. Comment. lib. I cap. 4. num. 7.*

2. Si quis ergò roget, num J. Cti ex animalium exemplis & actibus expiscatum eant id, quod naturā justum est ? dicemus quod non. At verò ex ipsa animalium naturā ejusque principiis, quibus in omnes partes usus vitæ communis omnium viventium confirmatur. Cæterum actus animalium nihil quicquam prodesse vel obesse ad definiendum id quod natura justum est ; non magis ac actus speciales hominum in puncto ejus , quod ipsis justum est ex jure ipsis peculiari , de quo sequenti titulo . Quantumvis ad confirmandum utrumq; actus aliquatenus expediant . Si quis deinceps quærat , underam sciamus quid sit feris nefas, illicitum , injustum ? quæ in brutis obligatio? quæ poena in Belluis ? non aliunde id, vel simile quid expiscandum arbitra-

TITULUS SECUNDUS.

arbitramur, quam ex principiis boni & æqui secundum naturam animantium specialem, confirmatis per naturales & crebros eorum actus.

3. Atenim vero necessarium hic erit duo explicare. *Primo*, quænam ea principia naturalia sint. *Deinde*, quemadmodum ea in brutis se habeant. Principia illa ad unicum summum caput referri possunt, tribus verbis contentum. vid. *Se suaque diligere*. Quod cætera sub se continet, qualia sunt, defendere vitam, tueri corpus, conjunctionem maris & fæminæ appetere procreandi causâ, curam gerere ejus quod procreatū est, sequi bona, vitare mala, eligere profutura, declinare nocitura. Hæc natura justa sunt. Hæc omnibus animalibus bona & æqua sunt. Hæc natura omnia animalia docet. Hæc denique observanda esse, sua cujusque seu inclinatio seu ratio instigat, ac permovet. At quemadmodum ea se in brutis habent? nimirum horum vi

Fere quoque ipse sc̄e'ris evitant nefas.
Hæc scil. de causâ Ambrosius Hexamer, lib. 5. cap. 3. asinorum & eq̄ larum

A 6 *contus*

LIBER PRIMUS.

coitus adulterina contagia, & vera adulteria naturę vocat; eoque ad hominem cuius curā perpetrantur, in hæc verba, *ad retitos coitus plerumque cogis invitatos ex hoc industriam vocas?* Idem cap. 16. hospitalia avium jura memorat, & aves non scriptam sed natam legem stringere. Accedit, quod Hieronimus in Epist. ad Ephes. cap. 5. in Bestiis ipso naturæ jure præscriptum esse contendat, ut prægnantes ad partum usq; non coeant. Ex professo de Belluarum justitiâ & juribus quædā reliquit Gulielmus Alvernus Parisiensis Episcopus. part. 1. de universo part. 3. cap. 8. Diligentem, inquit, considerationem faciens per singula, invenies nihil vacare à Creatoris justitiâ: Quando ex ipsis Belluas, ex pene omnia genera animalium invenies quandam exercere justitiam ex jura sua defendere. & quæ porro ibidem consequuntur. Et certe, quoniam à priori h̄ic non datur argumentum; à posteriori res determinari posset ab exemplis, quæ solide astrueret, quæcunq; diximus, sed operis ratio ea non patitur: nec refert, nam quotidie passim obvia notantur, vel alioquin ea, quæ

TITULUS SECUNDUS. 13

quæ ubique extant penes varios autores. Quæ satis superque denotant, Jus aliquod naturale à brutis observari, obligationis vestigia poni, in se suaque officia exerceri, violatorumque pœnas exigi. Adhæc quoque miram industria-
m, amorem, ordinem, & societatem inter se, & in suo genere perfectam colli. Deinde & combinationem & conglutinationem sub duce & pro Rege haberi, cui communi consensu parent, & ut ait Poëta

— *Magnisque agitant sublegibus avrum.*

Quin verò ex hisce & similibus habemus, quod non sine rubore advertamus; nempe, summopere miserandum esse, quod cum cætera animalia rationis expertia in suo officio perstent, homo ratione prædictum animal à suo officio exorbitet, & quotidie labatur. Sed sufficit nobis ostendisse, in quibusnam jus naturale nostrum consistat, ut ex iis unusquisque dijudicet, num culpandus J. C. & post eum Imperator in L. I. §. 3. in fine D. de justit. ex jure. cù dixerint, V. demiss etiam cetera quoque

LIBER PRIMUS.

quoque animalia feras quoque istius iuris potest censeri.

4. Non licet attamen evitare reprehensionem quorundam Philosopherum. Quasi sapientissimi ac laudissimi legum nostrarum conditores hæc in parte ne minimâ quidem ratione usi fuissent. Sed omnibus penitus consideratis, non supererit, quamobrem Imperator ob admissam juris naturalis definitionem reprehensione dignus videri possit, cū nulla adferatur ratio valida, ut ab Ulpiano quempiam dimoveat. Occurrit intor cæteros Laurentius Valla, cum asseclis, de litteris satis bene, sed de legibus Romanis quam pessime meritus. Hic Lib. 4. *Elegantiarum*, eodem capite, quo in leges juris nostri debacchatur, adversus jus naturale nostrum hæc ferè reliquit. Nam *jus naturale* dicere, quod *natura omnia animalia docuit*, ridiculum est. Rationem addere videtur. *Appetitum coeundi*, atque *reco noendi imbecilliori animali*, *spoliandi*, *occidendi*. *Quis jus esse dixit*: Ideoque M. Tull. in lib. de Offic. de jure naturali silentium egit; inter solos homines *jus esse significans*; idque *gentium esse ergo*

TITULUS SECUNDUS. 13

civile. At sane satius fuisset Vallę si hęc non reliquisset. Ridiculum enim est atque eo indignum falsa pro veris obtrudere. Quippe falsum est, appetitum coeundi, atque adeo nocendi imbecilliori animali, spoliandi, occidendi, ab antiquis illis, vel etiam recentioribus J. Cts, quib' modo sanum sinciput, jus vocari. Neque id ex pr̄fata atque explicatā definitione, neque ex sequentibus evinci potest. Deinde etiam quod addit falsum est: nimirum Ciceronem in libris quos doctissime de officiis scripsit, de jure naturali silentium egisse. De cuius veritate ex ipsissimo contextu, haud procul ab initio, & passim ubique, constare potest. Quin vero de officiis hominum a ſturus, à jure nostro naturali exorditur, ab eo ad naturale rationale, & exinde ad gentium & civile procedit, atque adeo eodem ferè, quo nos, ordine officia omnium ac singularum demonstrat: ut ecce, *Principio generi animantium omnia natura tributum, ut se, vitam, corpusque tueatur, & quæ porro ibidem consequuntur, quæ brevitatis causâ omittimus.* Deinceps opponit alius, *Juris nomen non meretur,*
quod

quod ratione caret. Quod concedimus, quia omnino verum est. At ex eo nihil inferri potest contra jus nostrum naturale. Illud enim ratione non caret, neque ex parte conditoris, quia Deus est: neque ex parte sui, quia nihil à Deo absque ratione conditum est; hoc autem omnibus animalibus bonum, æquum, atque adeo justum est. quam ob rem meritò jus nuncupabitur, ducto argumento ex ipso Aristotele *lib. 5. Ethic. cap. 7.* ubi jus naturale voluit esse, quod ubique eandem vim habet, & quod non ex eo, quod ita videtur, æquum & bonum est; sed quia suâ natura & per se bonum est. Cui convenit quod Cicero de jure naturæ sentit, id nimirum esse, non quod opinio, sed quedam innata vis affert & inserit. *lib. 1. de invent.* Forsan instabit quispiam ea, quæ diximus, de ratione juris non sufficere, atque insuper eorum, quibus conditum est, rationem requiret. Sed admittenda non erit instantia in terminis ullius juris; nedum naturalis, de quo impresentiarum agimus: quod rationem humanam in animalibus, quibus conditum atque insitum est, non requirit;

sed

TITULUS SECUNDUS. 17

sed capacitatē notītias jūris seu prin-
cipia p̄fata recipiendi, & perfectionē
illis convenientem, quę in brūtis æque
ac ratiocinantib⁹ reperitur, & cernitūr.
Nec obſtabit, si quis dixerit, & omnino
verum sit, bruta non intelligere quid
natura sit, ignorare quid circa eam ra-
tio dicitet, imo non discernere id quid
agunt; quod proprie ratiocinantium
est, quoniam in ſpecie ſufficit bruta
agere ſecundum naturam, obedire
iis, quę jūris naturalis eſſe ratione evin-
citur, ſentire quid ſibi bonum, æquum,
malum & iniquum eſt; confequerter
eligere bonum, æquum, profuturum;
declinare, malum, iniquum, nocitu-
rum. Quin nec id ſentiant bonum eſſe
eligidum quia profuturum, malum
eſſe declinandum quia nocitulum eſt;
hoc ſaltem de iis conſtat, & ad oculum
demonſtratur, illa in omnibus ita ſe-
gerere, & versari ac ſi omnium cogni-
tione, ac rationis diſcretione eſſent
prædicta. Quo factum eſt, ut nonnulli
ex eorum operationibus à posteriori,
iis non modo tribuerint facultatem
cognoscentem, ſed & existimarent Brū-
ta ratione ſuā non carere, licet huma-
na

13 LIBER PRIMUS.

na destituantur. Ac proinde irrationalia non videri, nisi comparatione habita ad nos. Quo minus nostri ordinis homines culpandi videntur quod juris naturalis peritiam feris non denerant, quam ipsa natura, seu potius naturæ author iis non denegavit. Potissimum dum nihil juri naturali attribuant quod non etiam Feris æque ac hominibus tribuit Creator omnium Deus optimus Maximus. Connarus Comment. lib. I. cap. 4. num. 7. ea certe prudentia, inquit, quæ vita degende res preparamus necessarias, communicatur bestiis, quas ex quodam modo prudentes esse non negat Aristoteles: ex Plutarchus quodam Dialogo rationem ex prudentiam brutis inesse concendit multis argumentis. In iis sunt ex nonnulla juris vestigia, quibus persequendis homines viam veri juris possunt quibusdam in rebus irvenire. & quæ porro sequuntur. Quod si demum quispiam objecerit id quod ex sententia Ulpiani, qui præfatæ definitionis author est, continetur in L. I. D. si quadrup. pauper. fecit. dic. Pauperies est damnum sine injuriâ faciens datum. Nec enim potest animal

injuriâ

TITULUS SECUNDUS. 19

injuria fecisse, quod sensu caret. Nihil omnino juvabit adversus ea quæ diximus. Non enim hoc volunt J. Cti Bruta quicquam vel jure vel injuria facere (ut propriè sumuntur jus & injuria) neque id ex nostris colligi potest. At quidem, si Bruta notitiis & principiis boni & æqui naturalibus convenienter agant, natura communi justè agere. Non (nequis & hoc carpat) vi rationis, sed motu intrinseco ipsius naturæ à Creatore omnium omnibus infusa.

5. Atque hæc licet ita sint, mirum nihilominus in modum sese torquent Juris hujus interpres, ut salvent Imperatorem & cum eo seipso. Plerique recentiores, ex quibus quidam Philosephum agunt, duplex jus naturale finixerunt, primarium nempe, & secundarium. At illi quidem, dum ita se salvare laborant, gravem interim repræhensionem incurront. Et quid ita? quia neutrum cum definitione Imperatoria convenit, cum tamen attributa juris naturalis simpliciter, ut decet, considerati communia sint omnibus animalibus, atq; adeo definitionem astruant,

& solide confirmant. Minus tamen convenit jus naturale secundarium, quod statuunt, nam illud rationale, solidis hominibus conveniens est, nec brutis commune. Primariū verò penes eos juris nomen non meretur, quoniam solo instinctu, ac naturali inclinatione constat, eaque hominibus æque, ac brutis tributā. Quasi verò ex operatione vel brutorum vel hominum quod in se justum est, eo minus juris denominationem mereatur. Profectò non id de jure naturali, quin verò nequidem de ullo in rerum naturā jure quærendum est, an inclinatione naturali, an ratione humana ejus operatio fiat; sed an in se sit bonum & æquum, spectandum est. Poteſt enim id, quod natura omnia animalia docuit, ita intelligi, ut operatio per rationem hominum propria sit; operatio autem per inclinationem ceterorum animalium naturæ adscribatur: nec tamen eo minus utraque ad ius naturale referatur, cum utraque ad eundem naturæ finem, & eundem iustitiae naturalis scopum tendat. Neque enim sequitur iuris naturalis non esse, vel ad ius naturale referri non

TITULUS SECUNDUS. 21

non posse ea, quæ specialiter unicuique animantium speciei diversimodè tributa sunt, & tamen communiter conveniunt. Paulo melius Fortunius Garcias J. C. Hispanus, subtilis & elegans, jus naturale distribuit in gubernatum & gubernans. Quorum illud Brutis, hoc hominibus attribuit. Gubernatum brutis, quoniam iuris naturalis moderamen non brutorum esse inquit, sed Dei omnia gubernantis. Gubernans autem hominibus, quoniam in iis ratio est, qua duce omnia faciunt, quæ iuris naturalis perhibentur. Et placet præter cæteras hæc distinctio: licet hoc obstet, quod quamvis rationi omnia pareant, ac consequenter etiam ea, quæ iuris naturalis sunt, (ut statim ostendemus), ipsa tamen ratio a Deo omnia gubernante dirigitur, æque ac inclinatio naturalis brutorum. Quinpe non est alia ratio Brutorum, quod vivant, quod generent sibi simile, quod diligent, quod defendant se suaque; ac hominum, quod insuper ratiocinentur, quam quod ita jussit, ac etiamnum velit, dirigatque Parens naturæ, & ratios author Deus Optimus Maximus.

6. Uni-

6. Unicum jam restat , nempe
Jus Naturale nostrum ab Empedoclis,
aliorumque Pythagoreorum sententia
de jure & justitia hominum ac Bruto-
rum communi , quæq; Metempsychosi
nititur , vindicare. Quam rem tribus
verbis expediemus . Nīm. nos non
credere, sed certò scire hominibus p̄c-
ter communia naturæ communis , in-
super nobilissima illa rectæ rationis
principia cum anima rationali indita
esse. De quibus , deque jure quod ex
iis profluit , jamjam nobis sermo erit.
Quæ etiam causa fuit, ob quam simpli-
citer atque indistinctè hanc rem expli-
candam p̄tavimus; neque in puris ter-
minis juris naturalis inter hominem &
Brutum distinguendum: quum in his
homo non ut homo , sed ut animal se-
mota seu non considerata , ratione hu-
mana consideretur : ut nobiscum ali-
quando sensuit Petrus Faber *simestrum*
lib. 2. cap. 1. circa initium. Neque in-
quirendum, quo demum modo, vel ra-
tione, ea quæ juris naturalis perhiben-
tur ab animalibus observentur; sed po-
tius , an aliqua , &qua ratione in se
specta-

TITULUS SECUNDUS. 23

spectata, hoc est, ab omni creatura, ejusque observatione & actibus abstracta, justa sint. Perspicuum enim est, actus ad normam ejus quod justum est dirigendos esse, non verò id, quod justum dicetur, ad actus determinandum esse.

8. Atque hæc quidem nostra sententia de Jure naturali. J. Ctorum quæ præter allegatos ex Platone etiam firmamentum accipit. Statuit enim iste legem aliquam naturalem, quæ omnibus creaturis ex inclinatione ab authore nature indita convenit, quamvis hominibus (ut loquitur, & nos fatemur) nobiliori modo insita. Sic etiam Suarez Lib. I. cap. 3. num. 8. de lib. ingenue fatetur, legem naturalem in terminis nostris rectè intelligi. Et sane cum de jure naturali agimus, non eam legem intelligimus, quæ ad moralem doctrinam pertinet, & soli humanæ menti, ut tali, indita est, ad discernendum bonum à malo, ad dijudicandum æquum ab iniquo, justum ab injusto, honestum à turpi, adque ita deinceps. Cujus respectu hæc.

de

24 TITULUS SECUNDUS.
de qua egimus, analoga dici posset, licet in suo genere & fine perfecta sit. diversos etenim utraque fines habet. At de iure Naturali J.C.torum satis dictum est. Deinceps, ut decet, de jure Naturali Rationali dicatur.

TITULUS TERTIUS.

De Jure Naturali Rationali.

1. *Quid sit Ius Naturale Rationale.*
2. *Confirmaria naturali ratione hominum.*
3. *Duplex vivendi modus ratione duplicis legis.*
4. *Generationis ex regenerationis condicio: atque.*
5. *Duo summa capita Iuris Naturalis rationalis. Principia fidei moralia. Precepta rationis naturaliter insita, & universalia.*
6. *Fundamentum ejus quod justum est.*
7. *In quibus consistat contributio naturalis rationalis; & circa eam Gentium cognitio, ex par obligatio.*
8. *Quatenus ea que S. Scriptura continentur ad hoc Ius referantur, & qua ratione eorum perpetuitas demonstretur, & Decalagus recipiatur.*

9. Prin-

TITULUS TERTIUS. 29

9. *Principia alia aliis esse notiora. In uno homine plura esse praecepta, sed ex omnibus unum componi ius, de quo agimus.*
10. *Quamobrem S. Scriptura opus fuerit, licet praecepta moralia sint naturaliter insita.*
11. *Quia ratione Cetera Gentes id quod justum est cognoscant, et faciant, si minus sub reatu tamen mortis peccent.*

1. **J**US Naturale Rationale est, quod *J*naturalis ratio omnes homines dicitur. Plenius ab Hugonè Grotio de iure belli ac pacis definitur, dictatum effectæ rationis, indicans actui alicui, ex ius convenientia, vel disconvenientia cum ipsa natura rationali, ineffe moralem turpitudinem aut necessitatem moralem, ac consequenter ab authore naturæ Deo tales actum aut vetari ut præcipi. Hæc quidem ille summæ traditionis ac dignitatis vir lib. I. cap. num. 10. hoc igitur naturale rationale a J. C. nuncupatur. A Philosophis autem naturale propriè sic dicitur: Quia nempe solis hominibus ius competere contendunt. A Theolo-

B

gis,

gis insuper divinum non scriptum statuitur. Neque immerito, quia immediate a Divino Numine rationali creaturæ inditum est, S. S. Scripturæ per omnia congruum, atque in ea de novo revelatum, ac restitutum. A nostrorum nonnullis Gentium antiquum seu Primarium appellatur, quia omnibus Gentibus, ac rationalibus nationibus inditum est, omnesque tenet, obligatque.

2. Nimirum Conditor Universi solum hominem nobilissimum animal formavit, quia ratione informavit. Ratione scil. gubernatrice omniū, quemadmodum etiam eorum, quæ ad ius naturale, de quo proximo titulo egimus, a J. C. tis. referuntur; de qua Juvenalis lib. 5. satyr. 1 5.

*Separat hec nos
Agrege Mutorum, atque ideo venerabile soli,
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis, capiendisque artibus apti,
Sensum a cœlesti demissum traximus arce.*

Hinc pulchrum illud, hinc mirandum, & divinum ex luto opus; Deum scil. architectum agnoscit, & fatetur.

Deo

TITULUS TERTIUS. 27

Deo nimirum acceptum fert, quod rationis compos, quod omnium capax, atque etiam immortalitatis particeps sit. Adde quod cum ratione Justitiam naturaliter insitam habeat. Etenim Justitiam vi rationis eruit, atque ejus per eam participem se reddit. Porro rationis recto usu atque interni lumen auxilio statim intelligit, ea, quæ juris naturalis præcedenti titulo perhibita sunt, homini indistinctè quidem, ut animali, justa esse; at ut tali absque rationis discretione nou utique. Intelligit enim aliud communem naturam exigere, aliud vero humanam postulare. Per eam non licere vitam trahigere veluti pecora, meliorem vel le, ac consequenter irrationalem extermindam, atque adeo inclinationes naturales humano generi iniquas ingyrum rectæ rationis esse deducendas. Eò respexit Maximus. *tom. 5. Biblioth. Cœtur. 5. cap. 13.* ubi statuit, legem naturalem esse rationem naturalem, quæ captivum tenet sensum ad delendam vim irrationalem; Eam vim appetitum nuncupant: Ita nim. recte fiet, Judice Cicerone, si ratio præsit, appetitus obtemperet.

3. Ante utrumque Platoni haud incommode visum fuit, ex duplice hominis natura duplicem vivendi modum resultare, & eos, qui rationem sequentur ducem, bonam, qui naturam, malam vitam vivere. D. Paulus clare & distinctè utramque legem & naturalem & rationalem demonstrat *Ad Roman. cap. 7. vers. 23.* *Video, inquit, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis mee.* Nec posset luculentior utriusque distinctio tradi: Quæ multorum hactenus exercuit industriam atque eruditionem. Nos eam in hunc sensum accipimus. Legem in membris suis videt D. Paulus, quam & nos videntur, quæ cum membris omnibus animalibus communis est. Naturalis illa est, Animali justa: homini, ut homini, absque rationis moderamine injusta, inde sinenter legi mentis repugnans. Rationalis est illa lex mentis, homini propria, & cum anima rationali divinitus infusa. Cui lex membrorum ante lapsum hominis omnino subjecta erat, at post lapsum ex peccato dominari, legi mentis repugnare, & ad peccatum inclinare cœpit. Miserrima quidem

TITULUS TERTIUS. 29
quidem & deploranda hominis condicio ! At ipse met sua ipsius malitia, impulsore Diabolo , hujus mali causa fuit. & ut recte Augustinus lib. 5. Genes. ad lit. cap. 10. motum illius legis, quæ repugnat legi mentis in membris suis habere meruit. Ita vid. sese res habet. Animus jam corporis ergastulo ita tenetur , ut vexetur a quotidiano ejus impetu. Et cum ratione gubernante & corporis appetitu serviente homo numen quoddam videretur , ad imaginem Dei , quæ ipsa justitia, sanctitas, & recta ratio est, creatus : jam inverso status ordine, Bellum non videri tantum possit , sed utinam non esset vel pejor, si non speciali gratia regeneretur. Quod, ut intelligatur, paucis per instituto expediemus. Ita videlicet sentimus ; naturam communem non desuisse , sed usque suo officio fungi. Ea namque sui similem generat, nimirum, naturam homini, qua rationali creaturæ, injustam, imperfetam, corruptam, malam, ab omni parte peccatis vitiisque miserum in modum obnoxiam. At verò natura rationalis, nobilissima illa , homini qua tali propria , justaque , degenerata est , &

corruptioni communi per lapsum & primi hominis malitiam subiecta est: eoque ut regeneretur, seu resuscitetur aliâ generatione, non carnali, seu naturali, sed cælesti ac supernaturali, alio patre, aliâ matre, alio filio, alio homine, & verè ac perfectè rationali opus est.

4. Quæ quidē generationes sic inter se diffefunt. Per naturalem mortales sumus, per supernaturalem Immortales, æternitatisque capaces redimur. Per eam cum Diabolo communicamus, Diabolo proprii. Per hanc cum Deo ratiocinamur, Deo sacri sanctique. Per eam mundi, carnis, membrorumque servi. Per hanc Domini. Per eam à Diabolo vexamur. Per hanc Diabolum vexamus. Per eam demum summum malum, per hanc summum bonum nobis adjicitur. Sed quale summum bonum? D E V S. at quo authore? Deo P A T R E. quo medio? Dei F I L I O. qua gratia? Dei S P I R I T V. qua matre? Dei V E R B O. quæ clarius non explicabimus, quia alia nobis conveniunt, & illa Theologis ex professo. ad nostra pergimus. Juris

TITULUS SECUNDUS. 31

Juris naturalis rationalis duo sunt summa capita. Quorū primū est, diligere Deum creatorē suum. Secundū est diligere Proximum aequē ac seipsum. Quæ quidem juris divini, quod Sacris nostris expressum est, summa capita sunt, sed non eo minus juris etiam naturalis rationalis summa capita constituuntur. Nam quemadmodum primum primæ tabulæ pietatem in Deum, alterum secundæ tabulæ justitiam in Proximum continet: ita etiam jure, de quo impræsentiarum agimus, primum præcepta continet circa officia Deo primariò debita: alterum verò ea, quæ proximò naturaliter debeamus, complectitur. Neque hic quispiam rectè dixerit scripturam impedimento esse, qua illud vestitum est, hoc minime: quoniam ad esse juris scriptura nihil confert, licet ad bene esse utcunque prospicit. Quinverò, si expressam Dei voluntatem in jure naturali rationali, ejusque præceptis quispiam querat; Deum cordibus hominum jura sua impressisse ipsissimæ Sacrae litteræ unicuique testimonium perhibet. Quæ causa fuit, ob quā Gratianus

32 LIBER PRIMUS.

in jure Canonico distinct. i. §. humanum.
Jus naturale illud esse existimavit, quod
 lege & Evangelio continetur. Isido-
 rus econversò leges divinas natura
 constare autumavit. lib. 5. Etymolog. c. 2.
Augustinus eodem fermè sensu nul-
 lam animam esse contendit, in cuius
 conscientiâ non loquatur Deus ; *Quis*
enim, inquit, *legem naturalem in cordibus*
hominum scribit nisi Deus. lib. 2. de sermone
Domini in monte. **Protagoras** cum senti-
 ret in se, ac videret in aliis virtutum ac
 justitiae semina ; Ea tamen ab homine
 primariò non profluere, sed à Divino
 quodam Numine proficiisci ex iisdem
 principiis certò crederet, finxit Jovem
 per Mercurium Justitiam ad Mortales
 adducere. Ex iisdem Socrates, humanę
 sapientiæ terrestre illud oraculum,
 concludebat virtutem doceri non pos-
 se, cum illius cognitio natura esset in-
 genita, atque insita hominibus. Audia-
 mus hic pro nostris Tertulliani verba
 adversus Iudeos cap. 2. *Ante legem*, inquit,
Moysi scriptam in tabulis lapideis legem
fuisse contendo non scriptam, quæ naturaliter
intelligebatur, et a Patribus custodiebatur.
Nam unde Noë justus inventus est, si non il-
lum

TITULUS TERTIUS. 33

Cum naturalis legis iustitia precedebat? unde Abraam amicus Dei deputatus, si non de equitate, ex Iustitia legis hujus naturalis. At ne de patribus solum affirmare videamus, de Gentilibus etiam, Paganis, omnibusque Noachidis D. Paulus rem manifestam reddit. *Cap. 2. vers. 14. ad Romanos.* Verba ibidem relata, cum notissima sint brevitatis causa non addemus. Idem ferè Hieronymus in Iesaiam lib. 8. Chrysostomus. in orat. 2. ad Popul. Antiochenum. Ambrosius in Psalmo 104. Suarez de legib. lib. 1. cap. 3 ex alibi. Molin. de Iustit. ex jure tract. 1. disput. 3. Alphons. a Castro. de legib. pen. lib. 2. cap. 14. Vasquius Controvers. illustr: lib. 1. cap. 29. §. 14. aliique pluribus astruunt. Sed quid pluribus opus est ubi rerum testimonia adsunt. Annon Cain Fraticida ante legem scriptam ex lege non scripta, & naturaliter insita cognovit & malefactum suum & pænam ejus. *Genes. cap. 4. vers. 13. 14.* An Pharaonem criminis sua lege naturæ cognovisse male tradit Hieronymus? *Epist. 151. ad Algas. quest. 8.* Annon dixit natura judice, Dominus justus est, ego autem & Populus meus impi. *Exod. cap. 9. v. 27.* Gregorius

B. 6

morali.

moral.lib.2. sic vixi, inquit, ut accusato-
rem exterius non timerem: Vtinam sic
vixissem, ut intra me ipsum accusatore
conscientiam non haberem. Nimirum
conscientia humana opus illud rectæ
rationis vel invito homine testatur be-
nè an male quis fecerit. Quippe prin-
cipia, eorumque notitias divinitus in-
sitas habet, quarum mysterio & mini-
sterio bonum à malo, æquum ab ini-
quo atque adeo humanę forti justum
ab injusto dijudicat. Monemus tamē ad
abundantiorem cautelam, non esse ne-
gandum, quin fidelibus ante legem
Mosis non tantum per lamen natura-
le, sed & per revelationem supernatu-
ralem lex illa tradita sit. Quemadmo-
dum ex sacris nostris fatis superque
constat.

6. Post hæc verò si quis id quod hu-
 manę forti justum sit, cuius principia
 seu notitias omnibus hominibus divi-
 nitus infusas esse & naturaliter insitas
 putamus, ultra à nobis quærat? tribus
 verbis ei satisfieri potest, vid. cum Si-
 monide *Debitum cuique reddere*, Vel
 cum J. Ctis *suum cuique tribuere*: Deo scil.
venerabilem Amorem, Proximo mu-
tuum:

E TITULUS TERTIUS. 35

tuum: Juxta id, quo Christus voluntatis Paternę dictator perpetuus totam legem & Prophætas complexus est. Notum est, quod continetur *cap. 22. vers. 37. Mathei.* Non igitur male nostro quidem judicio Augustinus Justitiam eam virtutem esse voluit, quæ sua cuique distribuit. *lib. 19. cap. 21. de Civit. Dei.* Nec minus congruè Philosophus dixit, Δικαιοσύνη ἐσὶ ἀρετὴ τυχῆς διαγ-
μένης ἔχειν αἰξίαν quod Cicero probe exprimit, *lib. 1. de Offi.* ut pro dignitate cuique tribuatur; id enim putat esse justitiae fundamentum, quemadmodum revera est.

7. In quibus autem consistat ea contributio mortalium major est difficultas: si tamen id ex lege naturali pro nostro ut nunc statu obscurum, & quadam tenus incognitum sit; Ex lege morali, quæ sacris nostris contenta est, Dei gratia unicuique perspicuum est. Etenim ex ea clare ac distinctè docemur, Deum venerari, Parentes colere, honestè vivere, temperatè sese gerere, bona prosequi, non pejurare, non concupiscere aliena, alteri facere

quemadmodum quisque sibi fieri velit,
alterum non tantum non ledere , sed
unicuique etiam omni modo prodesse ,
atque adeo injuriam, vim, frāudes,
& similia odisse , & generaliter ea ex-
ercere, quæcunq; ad bonitatem, æqui-
tatem & justitiam moralem pertinent.

Quæ quidem ea sunt , quæ decalogo
nostro continentur: quæque non tan-
tum generaliter in sacris traduntur, ve-
rum etiam singularim & specialiter
explicantur propositis casibus ad cap-
tum, & ratiocinium humanum accom-
modatis. Hisce præceptis omnino
conveniunt ea , quæ ex Rābbinis &
Talmudicis tradita aliquando obser-
vavimus , quæque ab iis Iura universa-
lia Noachidarum , seu filiorū Noachi,
vel præcepta Naturæ appellantur. Quæ
omnes Gentiles , & Paganos obligare
scribunt hoc ordine ,

1. Non colore Idola.
 2. Benedicere Deum.
 3. servare Jus publicum.
 4. cavere ab incestu , alioque nefando
coitu.
 5. non fundere humanum san-
guinem.
 6. non rapere aliena.
 7. Non tollere membrum de animali vivente.
- Atque hæc ex communi Talmudica-

TITULUS TERTIUS. 37

rum, hoc est, tam Theologorum, quam
J. Ctorum apud Hebræos, mente, ac
sententiâ confirmantur. Videatur de
iis Doctissimus vir Zeldenus, qui ea
præcepta præter omnes alios egregiè
explicat, ac confirmat in libris quos
non ita pridem de jure Naturali &
Gentium juxta disciplinam Hebræo-
rum edidit. Nos Itidem cum eo aliis-
que Talmudicis, ac recentioribus
Theologis ac J. Ctis existimamus, præ-
fata præcepta Moralia, & jura seu He-
bræorum decalogi, seu Noachidarum
universalia, seu naturæ dictamina om-
nium, aut ex naturalis rationis lumi-
ne, aut ex recto rationis usu manifesta
esse omnibus hominibus: atq; adeo o-
mnes tenere & obligare contendimus:
eademq; esse præcepta, ad quæ in om-
nes partes vita specialis ratiocinantium
dirigenda est.

8. Diximus ea, quæ ad bónitatem,
æquitatem, & justitiam moralem per-
tinent; ne quis existimet, nos omnia,
quæ sacris nostris continentur ad jura
naturalia rationalia referre, licet ab
iis omnia participant, veluti jura Cæ-
monialia & Judicialia seu Forensia:

Quæ

Quæ universalia dici nequeunt , quum universo generi humano nec per naturam , nec per scripturam data sint , nec semper etiam , perpetuo , aut necessariò omni humano generi bona & æqua sint. Quod vel ex eo manifestum est , quod Judicialia utcunque exigente ratione Politica , Cæremontalia ante Christum aucta & mutata , & per Christum omnino sublata fuerint. Cum tamen ea , de quibus habentur , semper ac necessariò bona & æqua , atque adeo immutabilia fuerint , & per Christum confirmata usque manserint : Quemadmodum illud ex sacris , ita etiam ex ratiocinatione humanâ non difficulter colligi potest. Jura namque moralia , scil. naturalia rationalia , seu universalia , ex parte objecti intrinsecam habent necessitatem , & continent ea , quæ intrinsecè bona & æqua sunt , ac per se homini , ut rationali creaturæ , necessaria , pro indeque immutabilia. Quod enim est necessarium , perpetuum est , ac consequenter immutabile. Jura vero Cæremontalia ac Judicialia econtrà

TITULUS TERTIUS. 39
contra ex parte objecti extrinse-
am habent necessitatem. Continent
enim ea, quæ extrinseca ratione
bona sunt, ac non per se, sed aliun-
de necessaria, ac consequenter imper-
petua, & ratione ac necessitate mu-
nutata, mutabilia: ac proinde ad o-
mnes gentes non pertinent, minus
per omnia sœcula: cum singularem
quandum condicionem horum illo-
rumve duntaxat hominum, non uni-
versalem omnium, nec naturam ipsam
humanam, ac rationalem concernant.
Ex quo facile dignoscitur, quicquid
decalogo continetur, & morale vulgo
dicitur, necessariò esse de jure natu-
rali rationali. Quoniam nihil eo con-
tinetur, quod non est necessarium
rationali creaturæ ad finem suum con-
sequendum. Quapropter ad omnes
gentes & per omnia sœcula pertinet.
Quum non singularem condicio-
nem horum illorumve hominum,
sed naturam ipsam humanam con-
cernat, ejusque finem tam proximum
quam remotum: nec tantum bonum
internum primario, verum etiam ex-
ternum in necessariam consequentiā.

Quæ

Quæ causa extitit, ob quam ab omnibus hominibus, etiam Gentilibus, & Ethnicis intelligentioribus, quoad substantiam, non approbationem solam, sed & venerationem extorserit: dum viderent eum à recta ratione ac ratiocinatione humanâ solidè confirmari.

9. Deinde diximus, quæ aut ex naturalis rationis lumine, aut ex recto rationis usu manifesta sunt omnibus hominibus: **Quoniam** jura ac præcepta naturalia rationalia, quamvis omnia omnibus naturaliter insita, alia tamen aliis notiora sunt, ac fiunt. **Quædam** enim inter ea discursu aliquo, alia majori indigent. Sic præcepta decalogi juris naturalis, de quo sermo est, esse, indubitatum est apud omnes, si quid nobis credatur, authore Suare lib. 2. cap. 7. de legib. & tamen non continent principia per se nota. Notissima ac summa-tia duo vulgo constitutuntur, **Dominus Cole,** ex **Tibi quod fieri non vis alteri ne feceris.** **Quæ** vi rectæ rationis, & ad quæ, & ex quibus per discursum vel majorem vel minorem cætera deducuntur omnia. **Nec** tamen eo minus omnia ad ius na-
turale

TITULUS TERTIUS. 41
urale rationale referuntur : quoniam
discursus aliquis non excludit veram
ac naturalem præcepti necessitatem,
authore eodem Suarez *lib. 2. cap. 17. nn. 3.*
de legib. Atque ita deinceps non repug-
nat in unoquoque homine plura esse
præcepta naturalia , at vero ex omni-
bus unum componi jus, quod naturale
rationale dicitur. Rationem haud in-
congruè mutuari licet a Thomâ , cuius
fundamentum est in reductione om-
nium præceptorum naturalium ad u-
num primum principium, in quo om-
nia præcepta uniuntur. Vel si quis ma-
lit ex regulâ Basili statuentis ordinem
esse in divinis mandatis. Unum pri-
mum esse, Dilectionis. nim. Dei, aliud
secundum esse, dilectionis Proximi, quod
principiis ante à nobis positis convenit.
Nisi & secundum primo etiam inesse
quis velit , quod omnino per nos lice-
bit.

10. Atvero dubium cuiquam vi-
deri posset, si jura moralia sint natura-
lia , & cordibus omnibus hominum
naturaliter insita vi animæ rationalis,
atque adeo immediate artificio divi-
no , Quamobrem sacrâ Scripturâ opus
sit?

fit ? adhæc quamobrem antiquitus
crebra illa promulgatione opus fue-
rit ? atque etiam num earum prædica-
tione mortales indigeant? Cui respon-
demus , Quod si homo in glorio so
integre naturę & rationis statu perman-
sisset, nullā sane Scripturā, nulla juriū
expresa promulgatione , aut renova-
tione, nulla denique prædicatione opus
fuisset: cum nobilissimam eorū notiti-
am, atque insuper observationis perfe-
ctionem supernę naturę suę insitam
haberet. At per lapsum naturā cor-
rupta, degenerataque , si non omni-
modā, saltem perfectā omnium cogni-
tione atque observationis habitu , &
se & omnem posteritatem orbavit. At
Deus infinite misericors Populo suo
jura sua restituit , quemadmodum
passim in sacris nostris unicuique fas
est dignoscere ; non tamen ita fecit
Genti ulli , ut ipse protestatur. Quo-
circa nullibi recta ratio , ejusque prin-
cipia & præcepta, pura , completa , &
omnibus partibus absoluta reperien-
tur magis , quam in S. Scripturā: Ita
enim & ab eo vel nullo erant reno-
vanda ac restitutienda. Quod Prophe-
tam

tam Regem neutquam latuit, quum
precaretur Deum eum in modum, *Doe-
ce me rectam rationem, et scientiam.*
*Psal. 119. vers. 66. Bonus es et bene-
ficus, doce me jura tua. Psalmo eo-
dem. vers. 68. ac similia immuneris lo-
cis.*

11. Denique ex his aliud dubium
videri potest, *Quâ ratione aliæ gentes*
quibus sacro sancta Dei jura denuo
non contigerunt, bonum, æquum, ju-
stum, atque adeo rectæ rationi con-
sentaneum cognoscant? faciant? vel
si nec cognoscant, nec dignoscant,
nec faciant, sub reatu tamen mortis
peccent? *Quæ res habet difficulta-
tem; sed sciendum est superesse e-
tiamnum reliquias quasdam rectæ
rationis, semina virtutum non om-
nia penitus esse eradicata, ac demum
prostare opera Dei immensa, & uni-
cuique mirabilia Optimi Maximi
effecta ob oculos versari: ex qui-
bus immensum illum Deum omni-
um Autorem & Creatorem cogno-
scere possunt, eoque ad eum co-
lendum, laudandum, ac veneran-
dum omnino obligantur. Id quod
propter*

propter rudiores affirmare non auderemus , nisi tot Gentium volumina, Ethnicorum adagia , Saracenorum monumenta , tot denique Christianorum sacra profanaque idem adstruerent: atque hic potissimum D. Paulum authorem haberemus.*Cap. i vers. 20.*
et 21. ad Roman præter: d. cap. 2. vers. 1 4. ad eosdem. Adde quod Deus insuper diversissimis modis , rationibns & argumentis notitiam sui jurisque sui toti mortalium generi impertiatur. Quā ratione illi quidem Mortales , qui post hæc Deum debitè non glorificant, non venerantur , non adorant, miseri quidem sunt & deplorabiles ; at tamen non excusabiles : quoniam authore Deo Deum cognoscunt, & cooperante Diabolo sibimet tribuunt quod solius Dei donum est, & singulare beneficū. At de his Theologi ex professo. Nos solummodo, (quemadmodum eruditus lector advertit) per obliquam , licet non minus necessariam consequentiam , atque ex incidenti pro initituti ac materię exigentiā. Ad propriora jam pergimus.

TITULUS QUARTUS.

De Jure Gentium.

1. *Iura humana quatenus iusta . necessaria esse. Alios ac diversos fines habere, quam divina.*
2. *Iura humana vel Gentium esse vel Civilia.*
3. *Quid sit Ius Gentium.*
4. *Differentiae essentiales inter jus Gentium et Ius Naturale rationale.*
5. *Iurisgentium duo summa Capita et Capitum Ordo.*

HAec tenus de iis juribus eorumque præceptis, quæ immediatè a Divino Numinе proficiuntur. Sunt etiam alia, quæ ab ipso homine ortum habent , & tamen inter jura commemorantur, videlicet inter ea, ex quibus id, quod justum est ritè dignoscitur, & debitè determinatur.

1. Inter hæc non immeritò distinctionem facimus , quandoquidem in divinis major perfectio est , & humana divinis comparata injusta sermè videntur, neque alia ratione iusta sunt,

nisi

nisi quatenus a perfectione divinâ participant. In quem finem necessum est, ut humana per divina ratificantur, seu per rationem naturalem, quæ divini juris pars est, approbentur; ne contraria sint, vel repugnantia, quanquam non per omnia ac in omnibus similia; non enim obstat disparitas quædam ex ratione ac necessitate humanâ frequens, dum & ipse Deus eam & approbet paſsim, & omnino considerandam esse ubique præcipiat. Non quidem absolute (ne quis hoc carpat) sed facta suppositione condicionis humanæ, & Societatis naturalis mortalium. Neque id cuiquam mirum videri potest, quum jura divina ac humana diversos fines habeant, ac dispares terminos, non naturâ, non ratione, sed ordine. Quemadmodum apparebit ex iis, quæ sequuntur. De quibus quid Imperatori Leoni visum fuerit, ex principio constitutionis ejus lxxxij conjicere licet, ubi ad confirmandas in mutuo usuras trientes præfatur, quod hic appositè usu venit, videlicet, *Si à spiritus legibus ita se mortale genus regi sineret, ut humanis præcepis nihil indigeret,* id

TITULUS QUARTUS 47

id vero & decorum & salutare esset: ac quoniam se ad Spiritus sublimitatem elevarē, divinequa legis vocem amplecti non cuique est: ac verò quos hoc virtus ducat numero valde pauci sunt: Bene fese adhuc res haberet, si saltē secundum leges humanas viveretur.

2. Necessitate igitur exigente homines quedam jura sibi constituerunt, quę complectuntur vel bonum universale omnium, vel particulare quorundam. Illa jura gentium dicuntur, hęc civilia nuncupantur. Illa ratio naturalis inter omnes peraque homines constituit: hęc ratio cujusque civitatis propria inter omnes ejusdem civitatis socios constituenda suavit. Utique necessitate humana postulante constituta sunt, & beneficio naturalis luminis, atque ex vi rectae rationis insita profluxerunt. De his Gajus noster in *L. omnes populi* 9. *D de Iustit.* & jur. *Omnes populi*, inquit, *qui legibus & moribus reguntur partim suo proprio, partim communī omnium hominum jure utuntur.* Nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est:

Quod

Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraque custoditur. Vocaturque ius Gentium, quasi quo jure omnes Gentes utuntur. Cui convenit §. 1. ut ex 2. Inst. de jur. Natur. Gent. ac Civil.

3. De Jure Gentium primo videamus, cum Civili & universalius sit, & antiquius dici possit. Illude est, Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit usus exigente ex humanâ necessitate. Nimirum, quod rationis cursu, ac ratiocinatione hominum, multo rerum usu, variaque necessitate humanæ conditionis, & statu Societatis exigente, ab hominibus introductum est, atque ob evidentem per omnia naturalem æquitatem atque utilitatem de tempore ad tempus in Gentium usum moresq; pervasit. Quocirca omnino caverendum est, ne confundamus ius gentium, ut propriè ita dicitur, cum prefato jure naturali, quod ius Gentium antiquum seu Primarium ab interpretibus nostris dicitur. Nam toto cælo inter se distant. Quod ut palam fiat, necessarium nobis visum fuit breviter notare, quemadmodum inter

sc

TITULUS QUARTUS. 49

se differant. Principalis, & ex quâ cæteræ dependent, differentia (Scholastici etiam & Casuistæ in eo nobiscum sentiunt) hæc est, quod ius naturale præfatum continet conclusiones morales ita necessarias, ut etiam nullâ humanæ societatis suppositione factâ facillimè atque evidenter sequantur ex principiis naturæ humanae seu rectæ rationis, quæ informat eam; quæ tamen principia ad jus gentium (ut proprie nunc tractatur & secundariū vulgo dicitur) non pertinent. Illud enim alias non naturâ, non rectâ ratione, sed necessitate humanâ diversas conclusiones complectitur: Quæ quidem sequuntur ex principiis rectæ rationis necessariò, sed tamen non simpliciter, non absolutè, at suppositâ societate humana, & consideratis circumstantiis ac requisitis ad conservationem ejus necessariis. Hinc apparet, quamobrem ius naturale, de quo supra, sine discursu vel facilimo innotescat; ius vero gentium per plures illationes, easque difficiliores colligatur, quemadmodum inter cæteros existimavit a Soto de Justit.

C

jure

jure. lib. i. quest. 5. art. 4.

4. Ex quo deinceps colligimus
jus Gentium distare à naturali ratio-
nali. *Primo.* Quod naturale ratio-
nale immediate à Deo, Gentium vero
ab homine oriatur. 2. Illud divi-
num, hoc humanum dici possit.
3. Illud natura, seu ratione naturali,
constet, hoc verò ratiocinatione hu-
mana, & moribus introductum sit.
4. Illud absolutè ac per se necessa-
rium sit, (videlicet posito homine,
alioquin nihil in rerum natura neces-
sarium per se dici potest, cum ea ne-
cessitas soli Deo conveniat) hoc verò
non utique, sed posito prèter hominem
extrinseco quodam societatis, atque
in ea utilitatis ac necessitatis statu.
5. Consequenter illud versetur circa
prima principia rationis, & ex iis con-
clusiones morales faciliores, ac abso-
lutè necessarias. Hoc autem, circa se-
cunda principia, & conclusiones ex
eiusdem quidem rationis præmissis de-
ductas, sed difficiliores, auxiliares,
nec per se ita necessarias. 6. Illud
ignorari non possit, quia per se, hoc
est, rationis naturalis atque insitæ
myste-

TITULUS QUARTUS. 51

mysterio ac ministerio notum ; hoc quandoque possit , quia per se incognitum est. 7. Illud obliget primariò ac per se in foro Poli & Conscientiæ, hoc Primario ac per se in fore fori. Cuius rei ratio perspicua est, quoniam illud versatur primariò circa bonum internum , animæ scil. salutare : hoc vero primario circa bonum externum, saluti nim. publicæ & tranquillitatí Societatis humanæ adæquatum. Cujus suprema passim & conveniens iuris naturali ab ipso etiam Deo habetur consideratio , & ratio. 8. Ac demum , illud ut sanctè ac piè vivatur datum sit, hoc ut commodè atque idoneè vivatur introductum sit. Non placet cum plerisque nostrorum, etiam Theologorum hic distinguere, quod naturale sit præceptivum , at gentium jus permissivum. Quoniam ea non videtur aliqua, nedum essentialis , differentia. Nam etiam in ipso iure naturali (ut quivis nobiscum facteri cogitur) sive morali divino, multa non expressim præcipiuntur , sed permittuntur. Atque econverso in jure gentium plurima præcipiuntur a recta

naturali, ac sociali ratione, quæ juris naturalis præcipua & præcipiens pars est. Pariter censemus de jure naturali rationali per se, ut etiam de jure gentium per se, & quatenus tale, nihil debitum vel licitum præcipiendo, vel indebitum, aut illicitum vetando fieri : non magis quam bonum & malum, æquum & iniquum, justum & injustum, verum & falsum natu-ram suam exuere posset per permis-sionem, negationem, præceptionem, aut prohibitionem. Quod similiter de jure quocunque etiam civili affirmare nihil dubitamus : Præterquam in qui-busdam adiaphoris, quæ à voluntate eorum determinanda pendent, quibus juris condendi justa ac legitima po-testas est. Hæc namque ex eorum ar-bitrio vel præcipiendo, vel vetando, vel permittendo, licita vel illicita fi-unt, & justa nuncupantur. In iis e-nim adiaphoris usu venit, quod de Principibus viris dici solet,

Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas.

5. Ex prælatis satis superq; apparet: jus gentium, continere ea, quæ ad bonum commune totius societatis hu-

manæ

TITULUS QUARTUS. 53

mane necessaria sunt, & circa ea sedulò versari. Eorum vero duo summa capita vulgo constituuntur, Quorum

Primum est res dividere.

Secundum, Punire fontes.

Qui quidem capitum ordo nobis placuit, non qui plerumque ab interpretibus instituitur. Quoniam, licet punitio fontium absolutè, ac per se natura prior sit, ratione tamen explicandi juris gentium posterior est. Nec enim in explicatione juris gentium ea tractatur punitio, quæ juris naturalis est: sed ea, quæ Iurisgentium est, vide-licet, quæ à ratione sociali ac naturali hominum, usu exigente, ac statu hominum ex postulante omnibus gentibus bona & æqua visa fuit, atque ad eo ad statum perfectioris societatis constituendum ac conservandum necessariò superinducenda suit.

C. 5

TITU-

TITULUS QUINTUS

De Rerum dominio , Appropriatione, discretione , & acquirendi modis ex Iure Gentium.

1. Dominium ex quo jure profluxerit.
2. Appropriatio naturalis per occupationem.
3. Communio Primæva. *Quid id quod dicitur , jure naturali omnia esse communia.*
4. Prima distinctio familiarum ex rerum per occupationem.
5. Status rerum naturalis post occupationem primævam. *Quale ius retinendi ac defendendi præoccupatum.*
Hinc furtum naturali jure prohibendum.
6. Appropriatio rerum ex jure Gentium.
Dominiorum discretio. Origo Primi capituli, RES DIVIDERE.
7. Meum & Tuum, eorumque effectus.
usus. necessitas. origo.
8. Divisionem Iurisgentium concordie humana non refragari.
9. Resp. Platonis. Laconum Communio.

I O. QM.

TITULUS QUINTUS. 55

10. *Quare modi acquirendi, transferendi, et
conseruandi dominii instituti, ex con-
firmati fuerint.*

DE Rerum dominio, appropria-
tionē, ac discretionē primo di-
cēmus. Atque adeo ab origine
omnia repetemus, ut innotescat,
quemadmodum orbis terrarum paula-
tim in proprietatem iverit, qua ra-
tione res creatæ cujusque propriæ fa-
ctæ sint, ac demum. qua necessitate
discretæ fuerint.

1. Primo quidem quod dicitur re-
rum divisionem, ac dominiorum dis-
cretionem ex jure gentium profluxisse,
verum esse putamus, atque indubita-
tum. At vero ob id non est putandum,
dominium ipsum ex hoc jure Gentium
ortum suum habere; vel etiam initio
generis humani rationem discretionis
hominem latuisse: nam ex eo seque-
retur dominium ab homine ortum ha-
bere, ac potestatem discernendi res
humanas ab homine profluxisse, quod
dementissimum esset credere. Verum
enimvero hoc dicendum est, domini-
um, & potestatem de eo disponendi

C 4 à Deo

à Deo cum jure naturali rationali proutitam esse; Nec tamen initio gentium nationumque humanam necessitatem discretionē expostulasse quemadmodum postea. Vel si quis malit jus naturale rationale jus Gentium appellare (Primarium sc. cum nostris) dicendum erit dominium ex jure gentium primario ortum habere, sed ex secundario, de quo nunc agimus, discretionem sortiri, atque ex jure cuiusque gentis propriō, Civili scil. de quo postea agemus, absolutam certitudinem accepisse. Enimvero quantum ex sacrī & profanis docemur, dominium, seu jus illud, quo quæque res nobis propria est, cum homine natum est, & homini datum est. Ideoque a Connano divortium facimus, qui existimat naturam possessionem & usum tantum dare, non vero dominium. *Comment.lib. i. cap. 6. num. 9.* Etenim Deus statim a mundo condito, cum hominem creare statuit, simul etiam eum omnium rerum dominum constituerē proposuit: & cum hominem jam creasset, ei jus dedit in omnes res creatas infra naturam hominis.

TITULUS QUINTUS. 47

nis. *Genes. cap. 1. vers. 26. et seqq. Psalm. 8. vers. 7. et alibi.* Deinceps quemadmodum Primus homo in primordio mundi omnium Dominus factus est. sic etiam post diluvium in restauracione mundi, generisque humani, Noach & filii eius pro indiviso $\chi\tau\theta\epsilon\eta\pi$ $\chi\rho\pi\sigma\mu\delta\nu$, Dei donatione omnium rerum, (extra hominem) domini sunt constituti. *Genes. cap. 9. vers. 1. 2. 3.* Ex quo libertas illa, quam rationalem vocant, à Numine Divino specialiter indulta dicitur: Cui postmodum pro rerum naturalium ratione, pro causarum civilium varietate, pro circumstantiarum exigentia, ac deinde per societatis humanæ necessitate, ac utilitatis publicæ privatæque consideratione diversimode derogatum fuit. **Quemadmodum patebit ex sequentibus.**

2. At cum initio generis humani, latissimus esset terrarum campus, copiosissima omnium rerum affluentia, exiguus autem hominum numerus; per se patet nullam extitisse humanam necessitatem, quę hominem ad discernenda rerum domi-

nia impelleret. Unusquisque jure proprio ac merito naturali ad suos usus occupavit, quæcunque communis natura ad vitam sustentandum producebat, & ut poëta

*Quos ramis fructus, quos ipsa volentia rura
Sponte tulere sua, carpsit.*

Ratione tamen naturali ea cujusque propria constitente, quæ quisque jure suo in communione occuparat ad necessitatem. Etenim, quemadmodum Cicerone judice, *Theatrum licet commune sit, recte tamen dicimus eum locum ejus esse, quem quisque præoccupaverit:* Ita etiam, Thosano nostro judice, in mundo rerumque natura, licet communis esset, non adversabatur jus, quo minus suum cuique occupantis esset. Naturalem rerum statum pulcerrimè depingit Isidorus lib. 5. *Originum*, atque ex eo Gratianus in jure Canonico distinc. 1. 5. *Jus naturale*. Ubi jus naturale volunt esse commune omnium nationum, eo quod ubique instinctu naturæ, non constitutione aliquâ hominum, communis omnium sit possessio, una omnia

TITULUS QUINTUS. 59

nium libertas, & acquisitio eorum,
quæ cælo, terrâ, marique capiuntur.
Quod Seneca Tragicus exprimit in
Oclavia. art. 2.

— *pervium cunctis iteris*
Communis usus omnium rerum fuit.

3. At non abs re quæret hic aliquis,
quid particularius de communione
illâ primevâ nobis videatur? & sâne
si quid nobis credatur, quæcunque
de figurata aurei sæculi communione
penes Poëtas, penes Philosophos
J. Ctos, aliosque ubique leguntur, ea
non nisi poetico. i. facto ac figurato
modo accipienda sunt. Enimvero
unusquisque nobiscum expendere po-
test, quamdiu illa, si fuerit unquam
vel usquam, communio duraverit.
Præsertim quicunque hominis post
lapsum naturam, & historiam quâ
sacram quâ profanam perspectam ha-
bet. Quippe primis hominibus Caino
agri & sata sua, Abeli pecora & pas-
cua sua atque in individuo propria
fuere. Adhèc unumquemque eorum
Domino ex suo obtulisse perspicue
constat, ex cap. 4. Genes. vers. 2. 3. 4.

Quamobrem jure meritoque censemus, hoc, quod dicitur et ubique profat, jure naturali omnia esse communia, ita acqipiendum esse, vid. omnia in creatione, & naturali ortu primævoque statu, huic illive in individuo distincta & propria non esse, sed pariter ac communiter omnibus hominibus.

At postmodum justissimè primò occupationem, ac post deinde per divisionem singulorum in individuo facta esse. Docuit huic quoddam simile Scotus *in 4. distinc. 15. quest. 2. art. 1.* Nimicum præceptum juris naturalis quidem fuisse, quo omnia fuerint commuuia: sed illud postmodum multiplicatis hominibus vim amisisse. Nec tamen id minus rectæ rationi conveniens fuisse, quoniam non amplius expediebat humano generi res esse communes. Scotum tamen Dominicus Sotus redarguit hâc ratione, quod jus naturale immutabile & semper bonum sit, nec lege humana tolli possit *lib. 4. de Iustitia quest. 3. art. 1.* Soto tamen pro Scoto Azorius respondet, hujusmodi præceptum ad tempus obligasse

TITIUS QUINTUS. 89

tantummodo, videlicet tantisper donec cœpisset genus humanum augeri & multiplicari. Sed omnium optime nostro quidem sensu, hac de re censuit Thomas in 2. 2. quast. 66. art. 2. ad 1. Cujus verba si a nostris a sensu saltem non discrepant: *ad primum ergo dicendum, inquit, quod communitas rerum trahitur juri naturali, non quia ius naturale dicat omnia esse communia: sed secundum ius naturale non est distinctio possessionum sed magis secundum humanum conditum, quod pertinet ad ius positivum, ut supra dictum est. Vnde proprietas possessionum non est contra ius naturale, sed juri naturali (Nota) superadditur per additionem rationis humanae.*

4. Videlicet crescente paulatim hominum numero in familias genus humanum distinctum accepimus ex cap. 10. Genes. Et cum post deinde propagata, & multiplicata sobole occupatum solum possessoribus ad victum, amictum, habitationem, uno verbo, ad alimenta non sufficerent, pars eorum alibi alias sedes querere coacti fuerunt, ratione ita discernente, atque humanæ societatis conservandæ necessitate secessio-

secessionem exigente. Hâc fere necessitate Loth & Abraam a se invicem secesserunt. Genes. cap. i 3. vers. 6. Eadem Esau migravit a fratre suo. Genes. cap. 36. vers. 6. & 7. Unde etiam illud Euystatii Alexandrini emanavit in Hexeame-ro de Noachidis illis primævis, ἔτασος τὸν οὐστυγχάνουσαν γῆν
παλαιότερον. hoc est, *an quisque terram sibi primo obviam occupavit*. Cui affine illud Iosephi de Iapetidis locuti & Europa, *τὴν ἀτυχον καταλαμβάνοντες οὐ μετέπειτα οὐκαποιήσοντες*: Hoc est, *quam occuparunt etiam nemine ante ibi sedes habente*. Iuste tamen occiparunt, quia jure ac merito naturali, Sic enim existimat Gaius noster in l. 3. D. de acquir. rerum dominio. *Quod enim nullius est id ratione naturali occupari conceditur*. Atque id est, quod Nerva filius dixit, *dominium verum ex naturali possessione capisse*. ut refert Paulus J. Ctus in l. 1. §. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. ex quo demum factum est ut orbis terrarum paulatim in proprietatem averit Occupatione. etiam iuxta Talmudicorum receptissimam sententiam *qua*

TITULUS QUINTUS. 63

quā penes eos obtinuit, *quicunque prīus occupaverat Dominum factum esse.* Quemadmodum id pluribus confirmat Rabbi Maymonides ex ratione p̄fatae sententiæ de jure Noachidarum naturali, nempe, *quod nemini occupatum est, occupanti concedi.* *Halach, Zachia, VVemithma,* Cap. i. & pluribus locis alii, quos refert doctissimus ille de jure naturali & gentium iuxta disciplinam Hebræorū scriptor Seldenus lib. 6. c. 4. Ubi itidem ostendit, ius acquisitionis penes Talmudicos in deperditis & derelictis, item proselytorum bonis vacantibus (Proselyti erant, quorum legitimus hæres non existebat, quod non raro, sed saepe contingebat) cæterisque similibus, quæ videri possunt ab iis, quibus ea maiori usui esse possunt, quam hoc loco nobis. ad nostra pergimus;

5. Videlicet, Post distinctas & per orbem terrarum diffusas familias, frumentum nihilominus adhuc, pecorum etiam, imo terrarum pascuarum communio aliquandiu duravit: eaque si non inter omnes homines ob distantiam locorum, saltem inter vicinos usque mansit. Eunt tamen in modum,

(quem-

(quemadmodum ex antedictis colligā potest) ut quęcunque eorum quisquam ex communione occuparat ad necessitatem, communia esse dēsinerent & cederent occupanti eō jure, ut absque injuriā ab eodem auferri non possent. Huic sententiæ convenit id, quod HugoGrotius de hoc puncto sentit. lib. i. cap. 3. de jur. Bell. ac pac. etiam si, inquit, dominium quod nunc ita vocamus, introducū non esset, vita, membra, libertas sic quoque propria cuique essent, ac proinde non sine injuria ab alio impeterentur, & ea quæ longè lateque pro subjecto sequuntur, ut, Sic & rebus in media positis ut & quantum natura dōsi erat eis adsumere ius esset occupantis, Quod ius qui ei eriperet faceret injuriam. Eō fermè respexit Quintilianus declamat. i 3. ubi inquit, si verò hac sit condicio, ut quicquid ex his in usum hominis cessit, proprium sit habentis; Profecto quicquid jure possidetur injuria auferitur. Quo tamen jure id, quod præoccupatum est, possideatur, retineatur, ac defendatur, penes Tholosanum quandoque legimus, nim. Tandem terrā per se uberrime omnibus minime producente multiplicato genere humano necessarium fuit

TITULUS QUINTUS. 65

fuit eam excoli. Porro pro ejus cultura
cum varios conveniat suscipere labo-
res , & privari cum tantâ anxietate
partis ab ociosis & nihil in opus
contribuentibus cæpit videri durum :
deinde arceri eosdem a laboribus an-
lienis justum . & Quare justum ?
quia vid.contra naturam & humanum,
ut tunc , statum desides alieno labo-
re parta eruptum ibant. Contra natu-
ram desides ; quia non ratio tantum
humana docuit vitæ in futurum eti-
am prospicere , sed natura commu-
nis omnium animalium. Contra ho-
minum ; ut tunc , statum desides ,
quoniam in pænam peccati illis im-
posita est necessitas operandi, terram
excolendi , alimentaque per sudorem
quærendi. Ex quibus ratio appetet ,
ob quam Paulus J. Cts in l. i. D. defurt.
furtum naturali jure prohibitum vo-
luit . Ulpianus in l. probrum. D. de V.
S. Natura turpe esse docuit. Euripi-
des in Henela Deum omnino odiisse
statuit.

6. Deinceps posteaquam in immen-
sum exressisset genus humanum , &
plurimæ per orbem terrarum jam exi-
stent

sterent familiæ: nec humana societas videretur posse consistere, si diutius singulæ familiæ separatae permanerent, passim ac sparsim distinctæ; utique dum necessaria ad vivendum ita commode comparari non possent, neq; pax & cōcordia inter omnes probe conservari, succurrentum hominibus eorumque generi necessarium visum fuit: aliusque rerum hominumque statum requirebat bonum salutis & tranquillitatis publicæ: neque alias societatis humanæ vinculum retineri posse videbatur, cui homo & natus & educatus erat. *Hac gratia*, inquit Chrysostemus homil. i 8. in Iohann. Civitates, fora, domos excogitavimus, ut simul reveremus, non mutua tantum consuetudine, sed charitatis vinculo. Cum enim iudiga nobis natura ab opifice Deo tributo sit, neque sibi ipsi sufficiens: utilitati nostra prospectum est, ut indigentia nostra mutua consuetudine jucaretur: itaque quod alteri deest alterius auxilio suppletur. Seneca noster appositiè hâc de re ratio-
cinatur. lib. 4. cap. i 8. de Benefic. Nam quo alio, inquit, tuti sumus, quam quod mutuis iuvamur officiis? hoc uno in-
structior

TITULUS QUINTUS. 67

structior vita , contraque incursions
subitas munitior est , beneficiorum
commercio. Fac nos singulos , quid
sumus? preda animalium & victimæ,
ac imbecillissimus ac facillimus san-
guis. & paulo post , duas res dedit
(natura seu Deus) quæ illū ex obnoxio
validissimum facerent , rationem &
Societatem. & quæ sequuntur. Lucu-
lenter & plene licet Poëtico more,
ut solet , transitum a naturali ad Juris-
gentium statum demonstrat Satyricus.
lib. 5. Satyr. 15.

*Dispersos trahere in populum migrare vetusto
DeNemore, & proavis habitat. linquere sylva.
A Edificare domos,, laribus conjugere nostris
Tectum aliud, tutos vicino lumine somnos
Ut collata daret fiducia. Protegere armis
Lapsum aut ingenti nutantem vulnere Civē.
Communi dare signa tuba, defendier iisdem
Turribis, atque una portarum clave teneri.*

Sic itaque perfectior ac munitior So-
cietatis, in eaque rerum hominumque
status de necessitate placuit. Ad eum,
Quemadmodum etiam ex iure nostro
docemur , ratio naturalis , ac socialis
hominum suasit dominia rerum certa

cor-

constituere, eumque in finem sua cuiq;
distribuere atque in individuo propria
statuere; & ne qua imposterum confu-
sio oriretur, agris cujusque determina-
tos fines, ac certos terminos ponere,
Civitates in iisque domos condere, at-
que adeo Gentes discernere. **Quo tan-**
dem factum est, ut orbis terrarum in
proprietatem iverit perfectiori modo,
vid. *divisione*: manente nihilominus
priori ac naturali modo acquirendi per
occupationem in iis, quæ indivisa ad-
huc essent, & nullius, seu natura sua,
seu facto hominum, seu eventu quo-
dam & casu. Ex quò deinceps omnis
rerum proprietas manavit, atque eum
in modum cuique cessit, ut, cum usus
rerum antea omnibus pariter in aran-
do, edificando, depascendo, fructus per-
cipiendo, arbores cædendo, venando,
transeundo liber esset, jam non nisi a
nutu atque arbitrio dominii jure pos-
sidentis dependeret.

7. Hinc etiā præ nomina illa Meum
& Tuum, eorumque effectus. Quæ
quicquid plerique blaterant malis an-
sam non dederunt, sed omnino ad re-
rum conservationem & pacem opor-
tuit

TITULUS QUINTUS. 69

tuit induci. Cædibus nimirum in communione ingravescentibus ex ociofatu atque injuriosorum hominum insultationibus, & injuriis. Quocirca non ad stipulandum est Papæ Clementi in Cap. dilectissimis 12. qnæst. 1. ubi in hanc sententiam, communis usus omnium debuit esse communis: sed per iniqutatem alius hoc esse suum dixit, alius istud; sic inter mortales facta est divisio. Nam non per iniqutatem, sed propter iniqutatem hominum divisio facta est: & quidem necessariò æque ac justè: eo que nec per vim nec per Tyrannidem, quemadmodum illi existimant apud Azorium, Iust. Moral. part. 3. lib. 1. cap. 2. Quod Papinianus noster non abs re denotat in l. 1. cum pater. 79. §. dulcissimus. 20. D. de legat. 2. Res propria factæ, inquit, cum discordijs proficeretur, quas materia communionis solet excitare. Et Paulus in l. in re communi 26. D. de servit. pred. urban. Itaque propter immensas contentiones plerumque res ad divisionem pervenit: eadem ratione Ulrianus in communione difficultatem, Theodosius autem periculum esse

esse existimavit. Vigente scilicet naturali vitio negligentia circa ea quæ communia sunt ; & appetitionis desiderio circa ea , quæ alieno labore parta sunt : Utrobique cooperante invidiâ & malevolentiâ ex degeneratè naturæ originali malo. Loth & Abraam viri aliquin optimi , & fratres hac ratione & habitationes & pecora & pascua diversa habere cœperunt. *Genes. cap. 13. vers. 7. et seqq.* Ne memoremus crebras Hebræorum querelas in deserto , cum communionem tam ægre ferrent , ac omni modo ex poscerent terræ promissæ divisionem in tribus , pacis causa terminorum cuiusque certam positionem , limitatam finium mensuram , aliaque complurima.

8. Quocirca iniuriam rationi humanae , atque adeo Jurigentium infert , quicunque præfatam divisionem concordia aut societati humanæ refragari sustinet. Quum ad societatem bene constituendam , ac concordiam in ea conservandam non utilis modo sed omnino necessaria visa fuerit tot Nationibus.

TITULUS QUARTUS

onibus. Quinverò quemadmodum in primordio mundi , rerumque initio universalis confusio extitit , & Deus cuncta in distinctas species ordinatè distribuit,& ut ait Poëta

Dissociata locis concordi pace ligavit.

Ita etiam genus humanum pro potestate , quæ ipsi connaturalis erat , ex communione & confusione naturali omnia ad meliorem , ut ipsi videbatur , statum , qui Jurisgentium vulgo dicitur , redegit. Suadente ipso rerum statu naturali , & insuper confociationis humanæ seu utilitate seu necessitate eundem omnino exigente. Per omnina atque in omnibus respectu habito ad exemplar Altissimi , qui omnium rerum, hominum , nationumque perfectissimam discretionem absque præjudicio concordiæ constituit. Unde Moïsis Canticum. Deut. 32. vers. 32. *Quando dividebat Altissimus gentes , Quando separabat filios Adæ. & quæ sequuntur.* Neque ex eventu cumulatæ hominum discordiæ , seu aucta potius , quam terminata de finibus jurgia videri queunt. videlicet ex eo , quod tam

tam ex sacris, quam profanis constet, propter fines terminosque post divisionem publicè privatimque crebro dimicasse inter se mortale genus: Nam si consideratius ad singula attendamus, itidem constabit, non rerum factam divisionem, aut finium certam constitutionem, discordiis, aut pugnis, minus bellis, anssam præbuisse: at quidem degeneratam hominum naturam, atque ex eâ aliena usurpandi desiderium. Cui econverso ordinate opposita sunt, quæ paulò post memorabimus.

9. Quod si quis hic Remp. Platonis, & Laconum communionem statuerit, præterquam quod ea non sit nisi ordinata æqualitas inter cives unius societatis, nihil plane profecerit. Quippe ea sustineri non potuit, aut etiamnum potest, aut poterit, nisi forsitan omnes pariter Platonès sapientiâ, Aristides Justitiâ, aut potius primæ illius, & gloriose condicionis homines existerent, temperantes simul ac justi. Jam verò è contra stultorum, impiorum, injustorum, & secundæ condicionis hominum omnia plena sunt,

funt, tempore Platonis fuerunt, & post nos erunt, Etenim

Damnoſa quid non imminuit Dies?

AEtas parentum peior avis tulit

Nos nequiores, mox daturos

Progeniem vitiosiorem.

Quare iure meritoque Athenæus aduersus Platonem docuit, Platonem irrisum esse in suis legibus, cum visus sit ipse viris non existentibus leges scripsisse, sed hominibus a se fictis; ita ut qui his utantur postea perquirendi sint.
lib. I 2. Diphysophist. cap. 22.

10. Videamus iam ea, quæ divisiōnem propè consecuta, seu si mavis, concomitata sunt. Nimirum, ut usus cujusque rei facilior esset, modi insuper acquirendi, transferendi, ac conservandi Dominii excogitati sunt, Exinde commercia invaluere, permutationes rerum primò; mox institutæ emptiones, venditiones, locationes, conductiones, denique obligationes omnes, & pactiones, exceptis quibusdā quæ ex jure cuiusq: civitatis proprio introductæ dicuntur. *arg. l. 5. D. de Iustit. ex jure. ex f. Ius autem Gentium. Inst. de jur. Natur. Gent. ex Civil.* Ita vid. cum

D gene-

genere humano comparatum erat , ut ad ea quæ memoravimus introducenda,& natura, & ratione, & necessitate, & utilitate consociationis duceretur. Adeo ut cum nihil tam congruum fidei humanæ dictaret naturalis ratio, quam ea quæ inter omnes homines placuisset servare , arg. l. i. in Princ. D. de paci. arctissimo statim vinculo humana aliqua societas conglutinata , & naturaliter æque ac rationaliter combinata fuerit. Nec esset, quod quispiam sociorū quereretur, dum sors cuiusque æqualis esset, ac mutuo, reciproco, & communi omnium jure sublevaretur : neque in quempiam statueretur, quo omnes ac singuli non tenerentur. Denique & hoc sciendum est, quod quidquid eum in modum ex ratione naturali ante vel post diluvium constitutum, atque usu & necessitate humana exigente introductum est, Justum diei debeat: cum id equum & bonum humano generi esse non opinione humana , sed certa ratione visum fuerit. Adeo quidem ut in eo dignoscendo vel generalis rationis naturalis consensus , vel spe-

specialis ratio, usus, necessitas, consensus spectetur, si de iure vel Gentium vel Civili moveatur difficultas. Atque ita operis ratio nos ad secundum Jurisgentium caput deduxit.

TITULUS SEXTUS.

De Punitione Sontium ex Jure Gentium, eiusque requisitis & Partibus.

1. *Origo & Necessitas secundi capituli PVNI RE SONTES.*
2. *Iuris puniendi fontes ortus, fundamentum, certa ac determinata forma.*
3. *Summa Potestas ad Ius Gentium refertur.*
4. *Bellum ad Ius Gentium refertur.*
5. *Cur Bellum Iustum sit?*
6. *Quale Bellum Iustum sit?*
7. *Iura quædam Iurisgentium Occasione Belli.*
8. *Servitutes ex Iure Gentium, an & Quantus Iustus?*
9. *Redemptiones Captivorum.*
10. *Manumissiones, Triplex hominis status.*

ex Iure Gentium.

- 1.1. *Acquisitiones rerum ex belli alea, & quatenus justæ.*
- 1.2. *De Iure Postliminii.*
- 1.3. *Ad quem pertineant ea, que in bello præda loco cedunt.*

1. **A**D secundum Iuris Gentium caput retulimus, *Punire fontes.* Nec sane immerito: hominum enim improbitas ex lapsu magna erat; nec mutata fuit mutato rerum statu, cui magna ex parte causam præstiterat. Quinverò homines eodem motu irrationali, qui jamdudum in membris eorum dominatus erat, utcunque agitabantur. Ex quò non nisi vis atque injuria, ac denique misera calamitas societati humanæ metuenda erat. **Q**uamobrem jura insuper ex cogitata sunt circa punitionem eorum, qui injuriam societati inferrent. Finis enim principalis perfectioris status fuit, ut ordinatè omnis vis, atque injuria propulsarentur, atque ita societas humana in tranquillitate & pace retineretur.

2. **J**us autem, ut ab eo exordiamur,
punien-

puniendi fontes ex Jure Naturali ortum trahit: ex Jure Naturali Rationali fundamentum habet: ex Jure Gentium confirmationem; & ex Jure cuiusque gentis proprio, hoc est, Civilis certam ac determinatam formam accepit. Solent etiam belluae congregari, ut suam suorumque vitam, corpus, bona tueantur. Natum illud nobiscum, non scriptum esse Cicero pro Milone allegat. Nec nos id didicisse, sed a Natura hausisse communis est opinio ratiocinantium. Cui testimonium perhibet ipse locus Ciceronis, *Est hæc inquit, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, acceperimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus; ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus; ut si vita nostra in aliquas infidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset, omnis honesta ratio esset expedienda salutis.* Item, *hoc ex ratione doctis, ex necessitate barbaris, ex mox gentibus, ex feris natura ipsa prescripsit, ut omnem semper vim, quacunque ope possent, a corpore, a capite, a vita sua propulsarent.* Cui illud Josephi pro ratione

quadrabit, quod scripsit lib. 3. cap. 5. de bell. Inde or. Φύσεως γόνοις ἰχυρὸς εἰς ἀποστολὴν εἴθε λαμψά, διὰ τοῦτο, τοῦτος φανερῶς ἀφεντικέτερος οὐ μᾶς τύττει πολεμίγεται γένεθλα. Est enim naturae lex illa, quæ in omnibus valeret, ut velint vivere, idque ipsum est, quapropter eos qui vita manifeste nos volunt spoliare, hostes censemus. Exinde hominem homini insidiari nefas esse, fas autem insidiabantem repellere naturali lumine perspectum dicitur. Injuriam alteri inferre homini injustum esse; Iustum vero injuriam propulsare eadem ratione visum fuit. Ratiocinationis vero beneficio placuit, non tantum bonum, æquum, ac justum esse, ut vis atque injuria inferenda propulsetur, sed & illata puniatur: non tantum ne cuiquam eripiatur quod iure possidet, sed etiam vindicetur, quod nullo iure reperatum est. Illud adeo iustum est, ut absque summâ iniuitate prætermitti nequeat: hoc vero adeo æquum est, ut absque summa iniustitia denegari non possit. Etenim humana societas non tantum ab omni iniuitate tuenda,

verum

verum etiam ab omni Injustitia vindicanda est. Ne dum malis & injustis in socios hominibus condonetur, bonos omnes perditum eatur. Nam quorsum societatis ac mutui amoris vinculum præceptum est, si illud dilacerare permisum sit? Quorsum verò dilacerare vetitum est, si dilaceratores punire ac coercere injustum foret? Vitium hoc fore imperfectioris status nemo est, qui non intelligat. *Quid enim (Ciceronis verba sunt) quod caput rei est, quis ignorat maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem.* Postquam deinceps ex his ope ratiocinationis patefactum esset, singula servari ad totum pertinere, & singulorum interesse totum conservari; mirum, quantum id profuit ad concordiam societatis humanæ. *Enim verò statim necessitas illa consensum, consensus jura, jura tranquillitatem omnium, ac singulorum in societate viventium immunitatem confirmarunt.* Omnimque curâ, vi, & conatu in id operam navarunt, ut suum cuique salvum esset, non singulari sed communi ope & conspiratione factâ. Deo præcedētia

D 4 placere

placere ex principiis rectæ atque innatæ rationis notum erat : consequentia, nimirum omnia meliori ordine constitui, ac confirmari ex conclusione Deo non minus placere videbatur. Quocirca mediante ratione ac ratiocatione omnia reformata sunt. Non igitur placuit, ut imposterum quispiam in propria causa judex esset, aut proprij doloris vindex relinqueretur. Sed ut meliori ordine ac modo cuncta fierent: utque fraudes, machinationes pravæ, injuriæ, furta, homicidia, latrocinia, denique quæcunque humanam societatem & amoris vinculum perturbarent, non penes singulos quemadmodū hactenus, sed penes certos quosdā constituendos punirentur. Tribus verbis, societas ordinata defenderetur: Concordia in eadem conservaretur. Præponerentur electi. Auditarentur præpositi. Placuit eum in finem summam Potestatem creare, cui omnes subjecti forent; Moderatorem scilicet, Principem, Gubernatorem. Iudicia instituere, pœnas excogitare, bella introducere, captivitates admittere.

3. Summa Potestas ad Jus Gentium

TITULUS SEXTUS. 81

um refertur. Ratio enim naturalis eam in omni hominum societate necessariam constituit , nec minus in perfectiori hominum statu eam voluisse videtur ; quum absque ea metus sit summę confusionis , in qua arcendā opus rationis , industria naturę , & labor hominis omnino versabantur. Huc referatur dictamen divinæ sapientiæ Proverb. cap. 11. vers. *Vbo non est Gubernator corruit Populus.* Summa illa Potestas , quæ Majestas vulgo dicitur, à Cicerone in Partit. Orat. definitur , *Magnitudo quedam Populi in ejus potestate, ac jure retinendo, quæ veritur in Imperio ex omni populi dignitate.* Unde sequitur quod Neroni Imperatori sapiens Stoicus dixit , *non remp. Principis esse, sed Principem reip.* Senec. lib. 1. de clement. Neque alia nobilissimi J.Cti Ulpiani sententia fuit , statuentis id de num Majestatis crimen esse, quod ad versus Populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur. arg. l. 1. §. 1. D. ad L. Iuliam Majest. Atque hanc Majestatem laedunt ac minuunt , qui cunque de dignitate, aut amplitudine, aut Potestate Populi , aut eorum, qui-

82 LIBER PRIMUS

bus Populus Potestatem dedit, aliquid derogant. Ea Ciceronis quoque fuit sententia *lib. 11. de Invent.* Qualis autem summa Potestas sit constituenda, non ex Jure Gentium, quod generale est, determinandum est. Quia nec posset ex ratione naturali omnium. Enimverò de necessitate generali summe Potestatis Jus Gentium præcipit, non de qualitate particulari disponit. Ad analogiam corporis humani, familiarum, aliarumque rerum ope notitarum rectæ rationis justum, hoc est, bonum & æquum statuit, *Règère & Regi*; eumque in finem summam aliquam Potestatem creare, à quâ omnes regerentur: At verò de modo eam constituendi, vel per unum aliquem, vel per plures, vel pauciores; adhæc cum tanta vel minori, vel majori potestate, hâc vel illâ condicione, Cuique Populo consilendum & de necessitate ex communi bono constituendum reliquit. Quod si tamen generaliter ex Jure Gentium summae Potestatis officium queratur, in eo consistere putamus, ut provideat ne quid societas detrimenti capiat,

capiat, adhæc curet ne quis otiosus sit, sed officiū faciat, judicia instituat, leges condat, suum cuique salvum seruet, atque adeo animadvertat in facinorosos homines, seu publicè seu privatim injuriam societati inferentes. Ad hæc ex Jure Gentium summæ Potestati convenit jus gladii.

N O T A.

Cetera, que sequuntur, de industria omissa sunt: quoniā summae Potestatis, & Imperii capita continent, que ulteriorem indaginem & majorem tractatum à nobis postulant.

LIBER PRIMUS.

Quoniā inconveniens ēsset hācē pagel-
las vacuas relinquere, videamus quid
sit, de quo proximē, J U S G L A D I I.
& cādem operā cuīnam illud defērat
ratio naturalis hominum. Illud autē est,
habere gladiū potestām ad animadverēndō
in faciē crūfōs homines. Adeoque Ius gladii
ā mero Imperio non differt, sed eodē
jure censetur. Quippe jus gladii vi me-
ri Imperii competit, & merum Imper-
rium jure summē Potestatis defētur.
Ideoque ab Imperio separari, aut ab eo,
cui jure Imperii competit, mandari ne-
quit. Deinde cum Seneca, Plutarchus,
Suetonius, aliique gladii mentionem
faciunt, gladii nomine summum Imper-
rium designari existimantur. Nā quod
Imperatores gladium vel ipsi gerebant,
vel quandoque Prefectis suis asservan-
dum dabant, eo merum Imperium, &
jus vitæ ac necis ipsis tributum fuisse
constitit: cuius nota & signū gladius.
Porro Ius gladii duplex à nostris fa-
tuitur, Temporale, & Spirituale, sive
Politicum, & Ecclesiasticum. Sed an
superiore agnoscat hac in parte, &
distinctionem patiatur summa Imper-
ii Majestas, alii viderint, quoniam cu-

TITULUS SEXTUS. 8.

re specialiter mandatum est id inquire, & alterutrum propugnare, vel impugnare: ad nos fane neutrum adhuc pertinet. Hoc vero pertinet breviter hic notare, cuinam deferat ratio naturalis summum hoc Imperium. In quo à sententia Magni Alexandri neutri-
tiquam recedimus. Quippe rogatus ab amicis, cum deficere eum viderent, quem imperii faceret hæredem, D I G-
N I S S I M U M respondit, ut Iustinus,
vel O P T I M U M, ut Q. Curtius me-
moriæ prodidit. Eodē tamen utrum-
que credit: Optimus enim dignissimus
est, cuius consilio, prudentiæ, & gladio
reliqua subjiciatur multitudo. Etenim
non consilium tantum in providendo,
prudentia in agendo, sed & gladii po-
testas in exequendo requiritur. Quam-
obrem Diocletianus privatus adhuc dī-
cere solebat, & recte, nihil esse diffici-
litas, quam bene imperare. Et Cicero
per magni hominis esse putabat, &
cum ipsa natura moderati, tum verò
etiam doctrinâ, atque optimarum ar-
tium studiis eruditî, sic se abhibere in-
tanta potestate, ut nulla alia pote-
tas ab iis, quibus præsit, desideretur.

q. Belli.

4. Bellum à J. Cis Juri Gentium
 adscribitur in *l. 5. D. de Iustit. & Iur.*
 & *alibi*. Neque immerito : licet enim
 suapte naturâ omnia ac unaquæque
 animalia tutelam præfatam cognove-
 rint : bellum tamen , ut propriè nunc
 dicitur , nec bruta nec homines primi
 ævi , dum juris naturalis regulis viye-
 rent. Postea enim introductum est.
 Nimirum Civitatibus & Regionibus
 conditis , atque adeo profectiori so-
 cietate mediante ratiocinatione hu-
 manâ jam institutâ , necessarium de-
 rum visum fuit , hostibus ordinatè
 obviam ire , Libertatem , Patriam ,
 Parentesque legitimis armis tegere .
 Quod appositiè Satyricus ostendit lo-
 co allegato : ubi cum transitum à
 naturali ad Jurisgentium statum o-
 stendisset , eumque describeret , de bel-
 lo hęc subjungit ,

protectus

TITULUS SEXTUS. 89

— protegere armis
Lapsum aut ingenti mutantem vulnera
civem.

Communi dare signa tubâ , defendier
äisdem

Turribus , atque una portarum clare
teneri.

Quod autem Horatius scripsit , ho-
mines oppida cepisse munire , leges
condere , & bello absistere his ver-
sibus,

— dehinc absistere bello,
Oppida caperunt munire , & condere
leges :

Ne quis fur esset , ne latro , ne quis
adulter.

Carminis gratiâ eum hoc scripsisse ,
nec aliter verbo belli usum fuisse ,
quam pro latrocinio , ut alii plures ,
ex subiectis constat , quibus semet
ipse explicat .

5. Atenimverò non minus iustum ,
quam necessarium fuit bellum intro-
ducere. Quippe iniustum videri non
potest , quod æqui bonique vinculis
cohæret , quod iustis defensionis ae-
puni-

punitio*nis* terminis continet*ur*, atque ex iure naturali rationali con*stat*. Etenim quod iure Naturali & Rationali pro defensione vit*e*, corporis, bonorum admittitur, illud meliori modo in bello iure Gentium conceditur. Atque eo minus iniustitiae argui potest, quo fortiori modo iustum est. Utiq; per defensionem pr*æ*fatam unicum ac simplex corpus, per bellū tota aliqua societas, in eāq; omnia ac singula corpora conservantur, atque ab iniuriā, vi, atque insultatione pessimum, & injustissimorum hominum defenduntur. Nec alia iuris differentia hic conspicitur, quam quod libertas defendendi iure naturali iusta, & potestas humanę societati per p*en*as consulendi iure rationali conveniens, antea penes singulos fuerit, & iam iure Gentium soli summæ Potestati concedatur. Nec refert quae demum illa sit, modo illi se omnes ex necessitate, aliave boni publici consideratione rationaliter subiecerint. *Vid.* *L. I. in Princ. D. de Constitut. Princip.* *et* *ibid. D. d. nimirum*, ut vel iudicia instituendo, vel necessitate postulante *bellum*

bellum gerendo iustas fontibus pœnas iniungeret. Utroque modo humanæ societati prospiciendo ne quid detrimenti capiat. *Iudicia enim rigent adversus eos, qui invalidiores se sentiunt. In eos qui pares se faciunt, aut putant, bella sumuntur: sed nimis ut recta sint non minori religione exercenda, quam iudicia exerceri soleant.* Hæc Hugo Grotius præfatur in libros suos de iure belli ac pacis. Ante eum Demosthenes bellum in eos esse dixit, qui iudiciis coercerri nequeant. Nec vero quispiam hic rectè obiecerit, nihil humanæ societati magis contrarium esse quam bellum, atque adeo Jus Gentium, quod solius humanæ societatis conservandæ causa introductum est, cum seipso pugnare: Nam bellum non est causa dissolvendæ societatis, sed dissoluta societas causâ belli: bellum deinde remedium concordiæ reparandæ, & causa reparatæ plerumque fuit. Finis enim bellipax est, pax autem concordiæ mater est. Quippe eum in finem bellum geritur, ut absque injuria, quod iam non licet, in pace vivere retrur. Sin verò secus quandoque accidat,

dat, per bellum non stat, quomodo ad pacem perveniantur. Illud ferè inuit egregius ille de jure belli ac pacis scriptor lib. I. in princ. his verbis, *bellum pacis causâ suscipitur*, & mox subjicit, *ipsum deinde nos bellum ad pacem ut finem suum deducet*. Deinceps licet inter eos, inter quos bellum est, concordia non sit, imo nec esse possit repugnante naturâ & ratione, non tam ex eo sequitur, aut inferri potest, bellum discordiæ causam esse: at quidem per se non esse expetendum, si aliunde concordia reparari, vel societas restitui, vel etiam defendi posset. Demum etiam hoc sequitur, nihil esse improbandum ob id cuius causa non est, sed comprobandum ut bonum, quod minus malum est; minus autem malum, quo majus propulsatur.

6. Potro non ex abusu de bello iudicandum est, sed ex usu Juris Gentium, pro Libertate, pro Patria, pro Parentibus, Liberis, Aris, & Focis. Deinde justum dicendum est, quo injusta propulsantur, quo non jure ablata vindicantur, quo mali puniuntur, quo perturbatores mutuæ societatis, &

con-

TITULUS SEXTUS. 91

concordiæ humanæ exterminantur. Illud demum æquitati naturali contentaneum est, quia ad amotis vinculum tuendum conducit, ad restituendum plurimum facit, ad restitutum conservandum omnino utile & necessarium est. Exinde quantam vim etiam in conscientiæ foro belli gerendi necessitas habeat, passim utraque demonstrat historia. Dicta insuper illa Oratorum ac Poëtarum astruunt, quæ frequenter pro justa belli causa ubique emanarunt. Nec Poëtæ adjudicandum putamus, quod legitur.

*Hei mihi lethales primus qui protulit enses,
Quam ferus, ac vere ferreus ille fuit.*

Nisi quatenus ex abusu non usu ensium locutus est. Sed, inquieris, an iustum igitur est homini enses fabricasse, iisque uti in alterius hominis perniciem? Imo verò enses fabricasse homine dignum, iisque uti in facinorosi hominis perniciem, omnino iustum est. Ex quo Imperium quod summæ Potestati concessum est, definitur à J. Ctis habere gladii poter-

potestatem ad animadvertisendum in facinorosos homines. *arg. l.3. D. de In-
risdict.* Ceterum verò, si nulli extarent facinorosi homines , gladii potestate opus non esset . Quemadmodum id rectè intellexit Spartanus quidam Rex , qui fortitudinem militarem Justitiae postposuit , hac ratione , quicquid fortitudo Justitia quadam summæ Potestati conveniret. At si nulli extarent iniusti homines fortitudine militari non indigerent. Denique non obstat quod in bello vigeratur res: *Quia vis unaquæque iusta est*, si Justitiae non aduersetur . Imo eam sub Justitia & eo quod iustum est ante nos tenuit Plato , *lib.4. de legib. et alibi*; ita tamen ut nihil vi præter æquum fiat.

7. Atque hæc quidem de bello. Cætera quæ sequuntur occasione belli ad Jus Gentium , & ad id quod ex ratione naturali iustum est, referuntur. Ea autem sunt Jura quædam , quæ ipsamet naturalis ratio seu æquitas inter omnes Gentes constituit , usu ea exigente & humanâ necessitate. Quemadmodum optime notatum est

a Dio-

à Dione Prusiensi inter hostes scripta quidem iura non valere, at valere non scripta: videlicet non civilia & propria cuiusque Gentis, sed naturalia rationalia, & communia omnium Gentium observari. Horum quædam respiciunt bellum iuste suscipiendum, ut iura deliberandi & denunciandi seu indicendi. Quædam bellum susceptum, ut iura Fœderum, Induciarum, Armorum, & id genus similia. Quædam utriusque prosunt, & necessaria sunt, ut iura Legatorum. Quædam bellum iam consummatum concernunt, ut iura Victoriæ, Deditiois, Obedientiæ, Tributorum, Captivitatis, Servitutis, & ita deinceps Prædarum iura, quæ legitimi belli aleam sequuntur. De quibus singulis ac universis laudatissimi de iure belli ac pacis scriptores politicè disserunt. Nos de iis, quæ maiorem difficultatem habere videntur & Victoriæ iura sunt, quæque ad J. Ctos proprie pertinent, pauca dicemus.

8. Illa autem Victoriæ iura complectuntur acquisitiones quasdam vel personarum, vel rerū extra hominem.
Inde

Inde ex bello iure Gentium servitutes
ortas accepimus *ex l.4 D.deIustit & Iur.*
Quippe iure naturali omniū hominū
æqualis est libertas. Liberi enim naſ-
cuntur: at in bello capti iure Gen-
tium servi efficiuntur. Hic rursum
dubitatur num illud iustum sit? Sed
quidni iustum, si modo bellum iustum
sit. Et contra naturam esse impropriè
dicitur; quoniam fruſtra patrocinium
à natura expectant, qui vim naturæ
inferunt. Non enim natura eos in nu-
mero viventium cupit, per quos se-
cundum naturam vivere non licet: sed
eo in statu, in quo eiusmodi malitia
exercendæ postmodum occasio sublata
est. Quocirca perturbatores societatis
humanæ, atque adeo iniustos erga
naturam homines bello exterminare
natura non prohibet, sed ratio palam
præcipit. Iniustos erga naturam ho-
mines dicimus, quoniam cognatio-
nem, quia amoris vinculum, quia
mutuam societatem, quam natura
inter homines constituit, *arg.l.2. D. de*
Iustit. & Iur. perturbant, ac dissolvunt.
Quod si verò fas sit eos occidere, certè
servare, quod mitius est, nefas non
erit.

erit. Quemadmodum Cicero argumentatur. lib. 3. de Cffic. Neque est contra naturam spoliare eum , si possis, quem est honestum necare. Gratia namque adscribitur , si servitus imponatur , si caput civile tantum amittat , qui diminutione capitis naturalis dignus erat. Enimverò proponatur cuiquam mors , & simul servitus , an non servitute delectabitur ? Nec erit quod in statu servitutis de condicione sua queretur, dum culpâ suâ ac voluntate eam consequatur. Peccavit enim contra dogma innatum , servum pñne seipsum constituit , servus ipse alterius iure & merito constituitur. Quippe iniuriâ libertatem , vitam , corpus , bona alterius ereptum ibat : libertatem igitur & bona iure amittit , qui & vitam & corpus iustè amisisset. Sibi quod fieri non vellet, alteri non fecisset, iam autem rationi consentaneū est, ut ipse eodem iure utatur, quod in alium statuerat. Huc referri potest , quod Innocentius tertius pluribus locis inter cetera Cap. tuarum. 11. de Privileg. disposuit , videlicet , Privilegium meretur amittere qui sibi concessa potesta-

te abutitur. Libertatis igitur privilegio qui abusus fuerit, meretur illud amittere, & merito eodem privatur. Quæ quidem de servitute ex bello orta dicta sunt, de qua plura alii. Quemadmodum quoque de ea quæ tempore pacis apud Gentiles, Noachidas, Hebræos aliosque de necessitate est introducta: de qua optime, ut plura solet, Doctissimus Seldenius. lib. 6. cap. 7. & 8. de Iur. Natur. & Gent. juxta disciplinam Hebreorum.

9. Remedia tamen quibus miseri homines ex servitute eriperentur, eadem naturalis ratio invenit, seu per redemptionem captivorum, seu per manumissionem, quandoque per permutationem quæ redemptions species est. Quod quidem genus Christianis specialiter commendatur, ut magnum misericordiae opus. Adeo ut non hominum propria, sed etiam Deo sacra pro redemptione captivorum expensa esse tam ex sacris quam profanis historiis constet. Ideoque hodiernis motibus inter Christianos juste observatur, explosa gentili servitutis condicione. Nec enim cum Latronibus

TITULUS SEXTUS. 97

tronibus nobis res est.

10. Alia recuperandæ libertatis ratio per manumissionem fit, hoc est, de manu ac potestate in qua per captivitatem quis constitutus erat, missio-
nem. Quamobrem manumissiones quoque Juris Gentium esse Ulpianus censet. *l. manumissiones. 4. D. Iustit. 3o*
jar. Posteaquam enim vieti concesserint in ditionem atque dominium vi-
ctorum, atque ita jure Gentium ser-
vitus ex bello invasisset, beneficium
hoc libertatis restituendæ bonum &
æquum visum fuit. Ex quo factum est,
ut cum unus æqualis & communis
omnium jure naturali esset libertatis
status jure Gentium triplex esse cœpe-
rit. Ex quo alii liberi appellati sunt,
alii econverso servi, alii denique li-
bertini, quales illi, qui desierant esse
servi per manumissionem manu ac po-
testate dominica liberati.

11. Porrò non tantum in bello
capti jure Gentium nobis acquirun-
tur, & in consequentiam jura manu-
missionum, ac redemptionum capti-
vorum: verum argumento à majori ad
minus ducto bona etiam hostium

E belli

belli tempestate occupata , jure occipantibus conceduntur. Ea jure Gentium statim occupatum fieri docet **Gaius** in *l. naturalem.* §. §. ult. & **Celsus** in *l. transfuga.* §. I. *D. de acquir. rer. domino.* Xenophon libro septimo de Cyri expeditione , perpetuam legem inter omnes homines esse ait , quando bellicosurbitur urbs capta fuerit , cuncta eorum esse qui cæperint , & corpora & pecunias. Similiter inter Athenienses aliquando judicatum legimus pro agro Iliensi ex sententia Periandri. Hanc etiam legem servari ipse summus Deus voluit ab Israëlitis in utroque eorum bello , tam quod lege indictum fuit , quam quod pro Imperio eorum gestum est. Videatur eam in rem *Cap. 20. Deuteronomii.* Bellum , quod lege indictum dicitur , illud erat quod cum septem Populis , atque cum Amalekitis fuit , aut si suppetias ferri necesse fuit cuidam Israëliticæ tribui , quam hostes invaderet. Bellum autem , quod pro imperio suscepimus appellant , illud erat , quod cæteris Populis Rex intulit ad proferendos Israëlitarum fines , atque ad augendam magni-

TITULUS SEXTUS. 99

magnitudinem , famamque eorum. Sic de utroque existimat excellentissimus Rabbi Maimonides *in Halacha Melachim.* *in cap. 5.* Civitates itaque hostiles in potestatem victoris è communione Gentium jure concessas non modo publicare , sibique reservare Victori licuit : sed etiam , quod Carthagini , Numantiae , Corintho , Syracusis , aliisque quamplurimis accidit , funditus evertere , agrosque sive privati cuniusque , sive universitatis publicare , seu vicinæ Civitati adjicere jure victoriè permisum fuit , atque etiamnum jure Gentium permittitur.

12. Nos utique de iis loquimur rebus , quæ hostium fuere ; non vero de iis , quæ aliquando iniuriâ , hoc est , nullo jure creptæ & recuperatæ sunt. Eas namque pristinis dominis restitui , non occupantium fieri multò equius est. Quam sententiam jus nostrum civile amplexum est , ut constat *ex l. captivis. 6. verum est. D. de capti. et postlimin. revers.* Ubi eas nec loco prædæcedere placuit : quoniam , ut alibi dicitur , non tam captæ , quam restitutæ sunt. Quamobrem Florentinus noster

in l. nihil interest. 25. in fin. D. eod. sed &
qui viatis hostibus (inquit) recuperan-
tur, postliminio rediisse existimantur.
De bonis etiam postliminio restitutis
Labeo in l. ult. D. eod. Si id, inquit,
quod nostrum hostes ceperunt, ejus gene-
ris est, ut postliminio redire possit; simul
atque ad nos redeundi causa profugit ab ho-
stibus, ex intra fines imperii nostri esse ca-
pit, postliminio rediisse existimandum est.
Hæc postliminii jura secutus L. A. Emi-
lius Romanorum Consul & Imperator
Gallis bello superatis, & recuperata
prædā, prioribus dominis, ad quos
quæque res pertinuerant, eas restitu
verius, quam dari jussit. Quoniam
receptas eas, non captas judicare de-
bemus: Et militem nostrum, Inqui-
unt Impp. defensorem earum decet
esse, non dominum, in l. ab hoſti-
bus.. 12. Cod. de postlimin. revers. Quibus
addi potest J. Cti. Pauli ad Labeonem
egregia nota in l. si quid bello. 23. D. de
Capt. & Postl. revers. in qua definit &
rectè quidem, ut nostra fert opinio,
si in bello captus pace facta domum
refugerit, ac deinde renovato bello
capiatur postliminio redire ad eum, à
quo

TITULUS SEXTUS. 101

quo priore bello captus fuerat. Si modo non convenerit ut captivi redderetur.

13. Sequitur questio ad quem pertineant ea, quae loco praedae cedunt, & jure belli hostium esse desinunt. Nos ex Jure Gentium ea pertinere renuntiamus ad Populum, vel Principem, cuius imperio, expensis, stipendiis, & viribus bellum gestum est. Petrus Faber *Semestr.* lib. 2. cap. 4. in *Princ.* hac de re ita censuit. *Pradam*, inquit, *jure quidem belli*, *quod communie Gentium est*, *hostium devictorum esse desinere*: *jure vero belli*, *quid populi Romani proprium videtur*, *publicam esse*, *neque singulorum sive Ducum sive militum occupantium fieri*; *sed ei penes quem rerum summa sit*, *sive Regi*, *sive Populo*, *sive Principi*, *ac Imperatori*, *cedere*: *Sic tamen ut ipsius permissione expugnata urbis prada plerumque ad militem, dedita ad duces* (*teste Cornelio Tacito lib. 19.*) *pertineat, pronuntiamus*: *Quemadmodum civitates ipsas, agrosque ab hostibus manu captos, jure belli ac victorie publicari verum est*: *ut ad eum, penes quem rerum summa sit*, *atque adeo ad posteriorum pertineat jure naturali*; *sive Gentium*. *Huc referri debet, quod au-*

E 3 tore

tore Modestino nostro *in l. p̄t̄ult. D. ad l. Iul. pecul.* is quoque qui p̄dām ab hostibus captam surripuisset lege peculatus tenebatur, & in quadruplum condemnabatur. Hac ratione, quod lege Julia peculatus caveretur, ne quis ex pecunia sacra, religiosa, publicave, neve interciperet, neve in rem suam verteret *arg. l. i. D. ad l. Iul. Peculat.* Hac lege Camillus, & L. Scipio Asiaticus peculatus rei facti, duris sententiis damnati sunt. Duris dicimus cum Valerio sententiis, quoniam leges ratione Personarum, aliarumque circumstantiarum moderandæ, non ad literam interpretandæ sunt. Neque enim verba legum qui sequuntur, iusta pronunciant, sed qui mentem, ac sententiam. Plurimum itaque tribendum existimamus Imperatoribus, cæterisque Principibus viris, si de p̄da fiat quæstio: eorum enim duetu, arbitrio, atque auxilio bellum geritur, hostibus obviam itur, Civitates expugnantur, p̄da capitur. Neque hac in quæstione M. Catoni assentimur, sed plurimum p̄dæ Imperatoris p̄eminentiæ, dignitati, vigiliis,

vigiliis, molestiis, laboribus, deferendum esse putamus; & si quid ante delationem sibi arrogarit connendum id potius, quam severè vindicandum arbitramur. Plenius hæc persequi huc non pertinet. Ut nec illud investigare penitus, quemadmodum justum ex sacris probetur, quod cunque de bello, ejusque juribus diximus. Alii id ante nos ex professo fecerunt. Nobis autem naturalibus tantum præceptis hic acquiescendum est, quia aliud probandum venit. Quocirca sufficit nobis omnia eatenus attigisse, quatenus operis ratio, necessitas materiæ, & in utraque propositi fines expetere videbantur.

TITULUS SEPTIMUS

Qua de causa unumquodque ad
Jus Gentium referatur.

1. *Explicatio L. omnes Populi. D. de Ius-
tit. & Iur.*
2. *Gratiani circa hanc rem opinio in Iure
Canonico.*
3. *Male Ius Gentium determinari à posteri-
ori ex Gentium actibus, commune esse
omnibus. Et quemadmodum ab om-
nibus constitutum ess: dici queat.*

Abemus itaque ea : quæ ad u-
trumque Juris Gentium caput
referuntur. Quæ quidem omnia ac
singula Juris Gentium dicuntur, seu ad
Jus Gentium ab J. Cts referuntur;
Non quia ad ea constituenda omnes
Gentes specialiter convenerunt : Sed
quia ea ratio naturalis omnium, usu ac
necessitate passim exigente, omnibus
Gentibus bona & æqua esse censuit.
Non etiâ quia ab omnibus ac singulis
terræ incolis observantur, sed quia ab
omnibus ac singulis observari rationi
naturali consentaneum est. Quædam
cñim

TITULUS SEPTIMUS. 105

enim nonnullis Gentibus inaudita,
quædam incognita, nihilominus juri
Gentium attribuenda sunt. Imo for-
san quædam & audita & cognita non
tamen observata; vel defectu nece-
situdinis & exigentia, vel defectu ju-
dicii, eorum nempe quorum noti-
tia & principia rationalia adhuc obf-
curata sunt. Quemadmodum Salustius
in bello Jugurthino ex Hiempse de
Getulis & Libybus Africæ vetustis in-
colis, *Neque moribus, inquit, neque lege,*
neque imperio cuiusquam regebantur, & in
*conjuratione Cataline de Aborigini-*bus;** *Genus hominum agreste, sine legibus,*
sire imperio libe: um atque solum. Vel
denique abundantia, atque exuperatio
malitia & pravitatis naturalis, qua à
vero rectoque rationis usu & praxi se-
ducuntur, & contraria rationi ma-
lunt. *Quibus attribui potest, quod*
vulgo dicitur

— *Video meliora, proboque,*
Deteriora sequor.

Atque ita non defuerunt, atque etiam
non desunt Gentes, de quibus dici
potest, quod Val. Flaccus *Argonautic.*

4. de Bebryciis réfert,

*non fædera legum
Villa colunt, placidas aut jura tenentia
mentes.*

Quales itidem aliquas fuisse Aristoteles memorat Nicomach.lib.7.cap.6. Non tamen eo minus præfata ad Jus Gentium referenda sunt, quia non eo minus per se considerata bona & æqua permanent. Quod nobiscum sentire videtur Porphyrius, qui authore Hugone Grotio de jure belli ac pacis lib. 1.cap.1. num.12. in fine, hæc notavit *λέγεται τοις οὐσιώδεσιν, τοις δὲ πρόσωποις εὐχήμενοις τοις αὐθητινοῖς καθαίρεται τοις φύσεις.* hoc est, *quædam nationes efferatae sunt, ex facto inhumane, ex quibus non oportet ab aquis iudicitus estimatione facta humana naturæ convitium fieri.* Enimvero ea, quæ ad Jus Gentium referri decet, non ex iis æstimanda sunt, quæ peræque ab omnibus observantur, quia per se mala & iniqua esse possunt: sed ex iis quæ inspecta naturali ratione accedente humana necessitate ab omnibus observari debeat: quia non nisi bona & aqua

TITULUS SEPTIMUS. 107

æqua esse possunt. Eo sensu accipendum est id , quod Caius noster refert in l. omnes q.D. de Iustit. et jur. Quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit , id apud omnes peræque observatur. Vocaturque jus Gentium , quasi quo jure omnes Gentes utuntur. Sic nimirum semet ipse explicat in l. 1. in Princ. D. de acquir. rer. domin. Ubi jus Gentium id esse vult , quod ratione naturali inter omnes homines peræque observatur. Penes Lacædemonios & AEgyptios pulchrum quandoque fuit furari : sic Xenophop de Rep. Lacædemon. idemque ex Plutarcho refert Castro de leg. penal. lib. 2. cap. 14. Idem fere de Germanis C. Cæsar. lib. 6. de bell. Gallic. Sed queritur num eo minus justum fuerit ? seu num eo minus ad jus Gentium & naturale rationale referendum sit præceptum non furaberis , vel aliud simile ? quemadmodum idem Plutarchus de missis adulteriis memorat in vita Lycurgi. Ante Cecropem Athenis nullæ agitabantur nuptiæ : sed viri faminis passim miscebantur. Quid Troglodytas , Nomades , Garamantes memoremus , qui matrimoniorum

exortes cum fæminis passim degunt
Quid Ichthyophagos, Hylophagos,
 Spermatophagos AEthiopiæ Populos,
 qui nudi pecorum ritu vitam agitant,
 quibusque & fæminæ & partus com-
 munes sunt; quemadmodum Diodorus
 Siculus lib. 3. *Biblioth.* & post eum Pli-
 nius lib. 5. cap. 8. *Natur. l. istor. refert.* Eoru
 enim exempla nihil aliud denotat, nisi
 degenerem humani generis statum, &
 quod Juris Gentium ignari, atque à re-
 cto ratiocinantium cultu, à rationis u-
 su, ab ordinatâ consociatione, à naturâ
 denique humano generi propriâ ali-
 eni, Barbarorum nomine iuste indigi-
 tantur.

2. Gratianus tamen hisce forsan ac
 similibus motus, atque ex observatione
 præceptorum Jus Gentium determinan-
 dum ratus, in iure Canonico Jus
 Gentium voluit esse, *quo omnes fere Gentes*
utuntur. Distinct. I. §. ius Gentium. in fin.
Quasi verò ex usu atque observatione
 præceptorum Jus gentium determinan-
 dum foret: Cum ne ullum quidem in
 rerum naturâ ius eo minus iuris deno-
 minationem mereatur, & in se spectâ-
 dum sit, non in usu mortalium. Si quis
 autem

TITULUS SEPTIMUS. 109

autem a nobis ea, quæ iuri Gentium ad scribēda sunt, postulet, dicemus tribus verbis ea esse, quæ recta ac naturalis ratio dicitat, necessitas humana expostulat, ac usus hominum confirmat. Usus videlicet non omnium necessario ac singulorum; sed sufficit plerorumque, imo paucorum, imo nullorum de essentia sui.

3. Quare omnino ab iis dissentimus, qui existimant Jus aliquod Gentium à posteriori probari ex omnium vel plerorumque, adde moratiorū actibus: licet actus ad confirmationē prodeesse omnino verum sit. Quippe id quod vera iustum est, conveniens omnibus Gentibus non aliunde probatur, quam à priori ex convenientia actuum cum recta, naturali, ac sociali ratione hominum. Quæ quidem omnia quæ de iure Gentium diximus, facile denotant, quem ad modum omnibus Gentibus sit commune, seu esse debeat, licet à naturali rationali distinctum. Non enim æquitatis distinctionem involvit, sed ordinis seu rationis successivæ. *Supra tit. 4. num. 1. & 4. Deinceps etiam illud facile intelligitur, ius hoc potuisse ipso*

PRO LIBER PRIMUS.

ipso usu & traditione in universo pati-
latim introduci, hoc est, per successio-
nem, propagationem, & imitationem
mutuam constitui, sine speciali con-
ventu vel consensu omnium Gentium
uno tempore facto. Quoniam tam
conveniens est omnibus nationibus,
& hominum societatibus, ut natura-
liter cum genere humano propaga-
tum, & à recto rationis usu confir-
matum, moribus demum invaluerit.
Ac demum quoniam societas commu-
nis est, commune omnibus Gentibus
habeatur; puta, quia ad pacem om-
nium & concordiam communem à
ratione naturali inventum est.

TITU-

TITULUS OCTAVUS.

TITULUS OCTAVUS

De Jure Civili.

1. *Ius Civile à Iure Gentium origine & fundamento non differre.*
2. *Quid sit Ius Civile? qua necessitate ac ratione determinatum?*
3. *Iuris Civilis summum caput, ejusque praecepta, juxta quæ id quod iustitia est jure Civili cuiusque populi dignoscitur.*
4. *Ius Civile Hebreorum.*
5. *Gracorum Proseccio in AEgyptum.*
6. *Ius Civile Romanorum, ejus origo, contextus, excellentia, Autoritas.*
7. *Quamobrum Injustitia legum Romanarum singulariter hoc opere non demonstratur.*

8. **P**erduxit nos ordo ad *Jus Civilis*.
De quo ut similiter constet omnino præmonendum est, quod origine & fundamento à Jure Gentium non differat. Etenim qua necessitate Gentes iura quædam sibi constituerunt: seu potius qua necessitate ratio natu-

naturalis iura , quæ Gentium dicuntur, inter omnes homines constituit: pari vel maiori ratione & necessitate sibi quisque populus ius proprium condidit. Non quidem contra jura naturalia , rationalia , vel Gentium: sed vel secundum vel circa vel præter ea, prout bonum publicum, & communis civium necessitas expetere videbatur. Ita quidem ut nec tempore , nec ratione naturali, sed sola consideratione huius illiusve Populi a Jure Gentium distare dici queat. Atque hoc Civile nuncupatur , quasi ius proprium cuiusque Civitatis, Reip., Regionis, vel similis perfectæ congregationis & societatis.

2. *Jus Civile à Gaio nostro definitur in l. omnes populi.* 9. *D. de Iustit. & Iur. Quod quisque Populus ipse sibi ius constituit.* A Gratiano plenius distinct. 1. 6. *Ius Civile.* *Quod quisque Populus vel Civitas sibi proprium divinâ humanaque causa constituit.* Generalius ab Ulpiano determinatnr , in l. *Ius Civile 6. de Iustit. & Iur. Quod neque in totum à naturali vel Gentium recedit, nec per omnia ei servit.* Itaque cum ali- quid

TITULUS OCTAVUS. 113

*quid addimus vel detrahimus juri com-
muni jus proprium. 1. Civile efficimus.
Necessitas & ratio determinationis
& constitutionis in eo versatur ,
quod natura ubique locorum ac Gen-
tium non eandem rationem civi-
lem constituit. Quapropter nec ea-
dem ubique iura civilia exigere po-
tuit. Enimverò nemo diversos ho-
minum mores, studia , affectus , mo-
tus: Nemo locorum disparem ratio-
nem, temporum varietatem, aliarum-
que rerum & circumstantiarum diver-
situdinem ignorat. Nemo etiam hæc om-
nia ac diversa eadem ubique iura civi-
lia , & semper singulis bona & æqua
causare existimare potest : at qui-
dem ratione eorum omnium nece-
ssario diversa. Quæ tamen æquitate
differre dici nequeunt , dum in pun-
cto naturalis , rectæ & connataæ ra-
tionis convenient. Imo eo ipso, quod
ratione publicæ utilitatis , ac necessi-
tatis differant. Sunt namque leges (au-
thore Philosopho lib.4.cap.1.Ethicorum)
ad Remp. & ea ad mores hominum,
non Resp. ad leges accommodanda.
In quem finem Plato in dialogo suo
de*

de pulchro parum à principio leges conditae vult utilitatis gratia , & in maximum Civitatis bonum. Quod licet diversum sit ex diversis rationibus & causis in diversis Rebus p. & societatis specialibus , in unum tamen eundemque pacis ac tranquillitatis finem intenditur , authore Augustino lib. 19. cap. 17. circa finem de Civit. Dei. Quod nos sequenti libro pluribus persequemur.

3. Juris Civilis summum caput est *Commune Civium bonum* : Quod tribus præceptis continetur , qualia sunt *Honeste vivere , Alterum non ledere , suum cuique tribuere*. Quæ quidem Sacratissimæ Imperatoris nostri Majestati ita placuere ad confirmationem boni & salutis tam publicæ quam privatæ Populi Romani. Nec possent aut meliora aut æquiora constitui , quibus vel generalis vel specialis aliqua societas confirmaretur. Ac proinde in unaquaque societate necessario constituenda esse recta docet ratio , & naturalis æquitas ; ab ea enim emanarunt. Quamobrem si quid reperiatur in jure cuiuscunque Civili constitutum , quod

TITULUS OCTAVUS. 115

quod hisce quadrat , omnino justum dicendum est : quod vero iis adverſatur non utique. Justum enim non est, quod non simul sit rectum. Rectum autem est , quod cum recta ratione consentit. Quæ quidem recta ratio hic æquitas naturalis est , quæ p̄fatis præceptis continetur. Derivandum igitur Ius civile à naturali rationali, ut jus sit : derivandum scilicet , vel per conclusionem specialem ex generali ac naturali propositione deductam , seu per specialem determinationem seu accommodationem principii generalis boni & æqui , sive præcepti rectæ rationis. Nec enim. Jus Civile aliunde suum esse , hoc est, Iustitiam consequitur ; nisi à recta ratione ; quemadmodum conclusio aliunde firmamentum suum non accipit nisi à præmissis. Denique etiam hoc moneamus , Idem jus Civile quatenus determinatione vel accommodatione novam formam accipit , eatenus novam juris speciem constituere , & novam essentiam habere vulgo putari , pr̄ter eam, quæ & actu in genere continetur , & omnes jurium species informat.

4. Inter

4. Inter omnes Populos, quos Jura Civilia habuisse legimus Hebræi primas tenent. Nec mirum: Deus ipse jura etiā civilia illis dare dignatus est, quod tamen non ita fecit Gentium. Quamobrem certum est, atque indubitatum, ut nostra quidem fert opinio, illud accuratissimè determinatum ac principiis recte rationis accommodatum esse juxta Populi istius singularē conditionem & statum. Ideoque majoris multo perfectionis, quam ullum aliud hominum, quorum naturalis ratio Dei respectu imperfetè admodum judicat, & in determinando eo, quod justū est, non raro hallucinatur. Faceant igitur ceteri sive Græcorū sive Romanorū Legislatores, ubi divinus vir Moses loquitur: *καὶ τὸ Διὸς δέλτων γαρ ὁ μάρτυς.* Quippe is testis est ex Jovis tabulis. Audjamus igitur testimonium viri Legumlatorum Principis de legibus Hebræorum luculentissimum. *Videte,* inquit, *docui vos statuta et jura:* quemadmodum præcepit mihi I E H O V A Deus meus. Deuteron. cap. 5. vers. 5. & mox subjicit vers. 8. *Rursus ubinam magnam*

TITULUS OCTAVUS. iij

*magnus populus est, cui tam justa statuta
& jura, sicut tota hac lex est, quam vobis
hodie propono.*

5. Post Hebræos Græci excelluerunt, quia sua ab Hebræis per translationem mutuati sunt. Videlicet Plato in Timéo affirmat priscos Athenienses sacras AEgyptiorum leges è tenebris eruisse. Nec fides Platonii deneganda est: quoniam ipse, teste Augustino lib. 2. de doctrin. Christ. cap. 28. in AEgyptum profectus tempore Prophetæ Jeremiæ per eum sacriss literis imbutus est. Ex quo tandem perdidicisse creditur, quæcunque impostorium tanta admiratione hominum docuit, & frequenti Gentium applausu rectè constituit. Idem fere Ambrosius scripsit ad Psalm. 118. Platonem nempe eruditionis gratiâ in AEgyptum esse profectum, ut Mosis gesta, Legis oracula, & Prophetarum dicta cognosceret. Unde Græcum illud manavit,
*Τὶ γὰρ εἴσι Πλάτων ἢ Μωσῆς αὐτοί
αἰγαῖοι.* Porro Græcorum legislatores in AEgypto percepisse, quicquid illos apud mortales tam admi-

admirabiles reddidit, testantur insuper Diodorus Siculus, Philo, aliique. Inter eos autem præter Platonem memorantur Orpheus, Homerus, Pythagoras, Solon, Lycurgus, Eudoxus, Democritus. De Aristotele itidem testatur discipulus ejus Clearchus, se vidisse Iudeum quendam quocum versatus est, apud Clement. *Alexandr.* *Strom. 1.* & *Euseb. de preparat. Euang.* lib. 9. cap. 6. Quod quidem eum in finem retulimus, ut appareat quam puri fontes cæterarum Gentium hor-tus irrigaverint: simulque ut eo majoris considerationis reddatur, si quid ex priscis illis Philosophis, & Græciæ sapientibus adferatur. Cui si quid auctoritatis adjici possit per Apollinis oraculum, audiamus ejus versus,

Μύρος χαλδεῖος Σοφίαν λάχον
νέδ' ἀρ Εβραῖος,
Αὐθογένεθλον ἄναθκα σεβαζόμενος
θεὸν αἴγυας.

Quos Porphyrius refert apud eundem Eusebium lib. 9. cap. 10. de *prepar.* *Euang.*

6. *Quod ad Jus Civile Romano-rum*

TITULUS OCTAVUS. 119

rum attinet, cuius peritiam specialiter profitemur: illud profecto admirabile seipsum ostendit. Per omnia præ se ferens justissima rectæ rationis præcepta, eaq; tanta dexteritate bono civium communi accommodata, ut venerationem etiam ab invitis extorqueat. Si quis enim penitus illud introspexerit, & collationem vel originis vel contextus instituerit, facile & hujus & illius delineationem in ipsis sapientiæ divinæ vestigiis advertet. Romani per Legatos iura Duodecim tab. (ex quibus cætera Romanorum Jurisprudentia profluxit) ex Græciâ Romam transtulerunt, ut Pomponius refert *in l. 2. §. 4. D. de Origin. jur.* Græci sua ab Hebreis mutuati sunt, ut proxime relatum est: Hebrei sua ab ipso Deo acceperunt, ut passim ex sacris constat. Unde Ambrosius ad *Roman. cap. 7. Comprehenderunt*, inquit, (Romani scil.) naturalem Iustitiam partim ex se, partim ex Græcis, sicut ex Græci ex Hebreis. Idem est quod in Calvini Themide Hebræo-Romanâ utramque facit paginam. Ad contextum quod attinet, ex recen-

recentioribus Beza de hereticis à Magistratu puniendis differens, existimat inter leges Mosaicas & Romanas etiam in pænis constituendis similitudinem reperiri, atque adeo satis apparere ad eundem naturalis æquitatis scopum fuisse accommodatas. Inde Iuri Civili Romanorum ab eminentiā id honoris tributum fuit, ut, quoties non additur nomen civitatis, per excellentiam Jus Civile Romanorum intelligatur. Id quod Imperatori quidem placuerat, arg. s. sed *jus quidem Civile. 2. Inst. de Iur. Natur. Gent. & Civil.* sed jam usu magis confirmatum est. Quin verò quod magis est, Jus Civile Romanorum quasi Gentium quoddam jus commune per totam ferre Europam observatur. Utique iis in casibus causisque, in quibus propriæ leges Municipales & consuetudines deficiunt. Imo ad hujus normam ipsas legum municipalium & consuetudinum interpretationes dirigi debere, plurimi ante nos docuerunt, veteres & que ac recentiores, deinde theoretici pariter & practici, ut refert Gail. *lib. 2. Observat. 33. num. 4.* Ideoque Albericus

TITULUS OCTAVUS. 121

bericus Gentilis de *Iure belli lib. I. cap. 3.*
ausus fuit asserere. *Ius in illis prescrip-*
tum libris (scil. qui corpus iuris Civilis
Romanorum conficiunt) non civitatis
tantum esse, sed et Gentium et naturae:
et aptatum sic esse ad naturam universum,
ut imperio extincto ipsum ius diu sepultum,
surrexerit tamē et in omnes se effuderit Gen-
tes humanas. Imo et Principibus stare,
etsi est privatis conditum à Iustiniano.

7. Plura hic pro Iustitiā atque au-
thoritate Juris Civilis Romanorum
dicere, vel speciatim in singulis par-
tibus eandem demonstrare instituti o-
peris ratio non patitur. Quia Usuca-
pionis, ac per consequens Præscrip-
tionis etiam terminos nobis præscrip-
simus. Ita tamen, ut ea quæ circa eam
Juris Civilis partem dicuntur, dicta
sunt, vel dicentur, haud difficulter
pluribus, ne dicamus omnibus, appli-
cari queant.

FINIS LIBRI PRIMI.

F

HUGO-

133 LIBER SECUNDUS.

HUGONIS de ROY J.C.

De eo Quod Justum est.

LIBER SECUNDUS.

TITULUS PRIMUS.

An Justum sit quod ob bonum
publicum ab hominibus consti-
tutum est.

1. Unde an determinatum an hoc illud re ad
Iusti denominationem referri queat.
2. Iustum esse quod queritur, ex cur?
3. De essentia legis esse, ut propter commu-
ne bonum foratum.
4. Bonum illud internum esse, ex exter-
num.
5. De Bono externo nostram questionem
proponi, eamque duplē fieri.

Vsis priori libro juris fontibus, &
explicatis partibus boni & æqui;
videamus deinceps ea, quæ non tan-
tum ad confirmationem anteceden-
tiū pertinent; verum etiam ad in-
telle-

telle etum consequentium omnino necessaria sunt. Et primò quidem discutiamus, an ad justi speciem referri possit, quod ob bonum publicum, & commune hominum commodum introductum, seu constitutum est. Quod quidem aliunde non est determinandum, quam ex jure naturali rationali, sive divino: quum nihil justum nuncupari aut debeat aut possit, nisi quod ex ratione naturali, ac voluntate divinâ ortum trahit.

2. Si vero omnia benè considerentur, nostro quidem judicio partes affirmativæ sustinendæ sunt circa questionem propositam. Nam quod ob bonum publicum ac commune hominum commodum introductum est, perpetuam justi causam habet, ac naturalem. Est enim illud ob bonitatem publicam omnino æquum, ob æquitatem necessarium, ob necessitatem justum, quia rationi naturali, ac divinæ voluntati congruum est. Nec enī ratio naturalis deficit in necessariis, nec divina voluntas in rationalibus. Ita intelligendum, quod Sapiens Stoicus innuit, Epist. 45. *Quod bonum est, utique*

necessarium est : quod necessarium est , non utique bonum est.

3. Eodem sensu accipiendum quod obtinet communiter apud Philosophos, Theologos , & J.Ctos , & ex iis ostenditur à Suare. lib.1. cap.7.de ll. de ratione ac necessitate legis esse , ut propter commune bonum feratur. Alias namque nec domus ulla , nec civitas, nec gens , nec hominum universum genus state , nec rerum natura omnis, nec ipse mundus posset. Quod clarius demonstrari potest , si explicetur in quonam commune hominum bonum consistat , & penitus expendatur, quemadmodum ea , quæ ab hominibus ob id constituta sunt , justa dici queant.

4. Nos autem commune hominum bonum consistere existimamus in salute communi eorum : quæ duplex est interna & externa. Interna consistit in felicitate vitæ futuræ & supernaturali. Externa autem in felicitate vitæ præsentis , & naturali. De internâ verò nulla hic est quæstio : & si moveretur eam remitteremus ad Jus divinum , absolutè & pure in-

intelligendum, & à Theologis tractandura: id nimurum quod supra relatum est, & sacris nostris continetur. De quo dubitari nequit num justum sit: Dum ob internum hominum bonum constitutum sit, non ab homine, sed tam immediate, quam mediately ab ipso Deo, & confirmatum à Filio Dei Iesu Christo Dictatore voluntatis Paternę perpetuo. De Jure humano nostra disceptatio est: Quod quidem per se, ac primario non respicit bonum internum, seu æternam salutem, seu felicitatem supernaturalē, tanquam finem proprium vel proximum, quemadmodum illud, de quo jam dictum est, divinum. Primariò ac per se dicimus, ne quis existimet nos bonum externum à jure Divino, vel internum à jure humano sejungere. Novimus enim utrumque secundariò ab ipso Deo subordinari, respectivè videlicet in utroque juris ordine.

De bono igitur externo præfata nostra quæstio juris & de jure proponitur. Eoque nobis inquirendum est, quemadmodum id, quod ob illud ab omnibus introductum reperitur, justi de-

F 3 nomi-

nominationem mereatur. De quo iterum quæstio duplex est: una ad potestatem constituendi, altera ad iustitiam constituti pertinet. Vel enim id queritur, an circa bonum commune hominum quidquam ab hominibus justè constitui possit, vel si quid constitutum reperiatur, quatenus illud justum sit.

TITULUS SECUNDUS.

De Potestate Humana constituendi Jura Humana.

1. *Hanc potestatem non iustum tantum esse ex voluntate divina, sed et necessariam ex ratione naturali.*
2. *Ordinatio Societatis humanae Familiaris, Economica.*
3. *Ordinatio societatis humanae perfectior, rationalis et Politica.*
4. *Potestas illa ordinandi ex expressa Dei voluntate demonstratur.*
5. *Dei Ordinationi resistere, qui Potestati resistit, que Deum authorem habet.*

Quod

1. **Q**uod ad potestatem humanam
constituendi jura humana attinet, minime dubitamus circa bonum
publicum ac commune mortaliū com-
modum jura quædam constitui posse,
sed insuper quædā necessariò constitui
debere omnino arbitramur. Atque
adeo potestatem constituendi jura hu-
mana non justam tantum esse ex vo-
luntate divinâ, sed & necessariam ex
ratione naturali. Utrumque ex prin-
cipiis naturalibus & rationalibus col-
ligitur. Quippe necessarium fuit homi-
ni in societate vivere. Naturale id
fuit, dum animal sociale esset. Ra-
tionale ac divinæ voluntati congruum
dicitur, quia tale animal non esset,
si non à Deo tale conditum, hoc est
sociali natura præditum fuisset. De-
inde societate de ratione naturali ho-
minum, ac voluntate divini Numinis
posita, sequitur ex naturâ rei neces-
sarium conveniens, nimirum socie-
tatis humanæ perfectio. Et dum ex
naturâ rei, ideo etiam ex voluntate
Dei authoris & nature & rei. Cicero
libro de amicitia similiter concludit,
Nihil Principi Deo in rebus humanis esse

gratias, quā homines habere inter se societatem ordinatam ac perfectam. Quod etiam Augustinus lib. 3. Confess. cap. 37. intellectā jam expressā Dei voluntate confirmat, statuitque naturalem atque immutabiliē legem esse, ut omnia ordinatissime fiant: utputa perpetuam boni publici causā continentem. Quæ ratio præsumitur Aristotelis, lib. 5. Ethic. cap. 1. ea videlicet iusta statuentis, quæ felicitatem societatis civilis efficiunt, ac conservant. Atque ita quidem confirmantur quæ cunque supra memoravimus; & à posteriori ex effectu jamjam dicta, & à Paritate rationis ea, quæ sequuntur.

2. Enimverò initio generis, nationisque humanae societas aliqua Familiaris extitit. Imperfecta quidem respectu ejus, quæ postea exorta est, & Politica dicitur. Veruntamen in se spectata perfecta, in ordine ad domesticam, seu *Aeconomicam*. Quæ usque mansit etiamsi ex plurimis familiis alia perfectior jam coahuisset, & generi humano ob necessitatem moralem de æquitate placuisset. ad cuius ordinacionem natura hominum propria sua simpliciter contribuit.

3. Ad

TITULUS SECUNDUS. 129

3. Ad ordinationem vero perfectio-
ris societatis, quæ Politica dicta fuit,
tam ratio, quam ratiocinatio humana
ea contulit, quæ supra memorata sunt.
Generalia utique, & omnibus gentibus
communia; quia omnibus peræque
bona & æqua: Non singularia, quia
nim. non potuit; ideoque illa singulis
ex necessitate consideranda & ratione
particularis boni Civium constituenda
reliquit. Per omnia tamen, & in om-
nibus confusionem evitare monuit.
Monuit, inquam, non docuit, quia in
eo bonum commune omnium consi-
stere naturali atque insito lumine uni-
cuique mortalium perspectum est. Quo-
circa illud non tantum omnibus à na-
turâ datum, sed singulis etiam populis
& nationibus preceptum dicitur. Quod
si igitur ob bonum commune omnium
hominum à jure Gentium, vel quicquid
ob utilitatem publicam Civium hujus
illiusve particularis societatis vel reip-
ublicæ jure Civili constitutum reperiatur,
imperito justi nomine privatetur ex
defectu potestatis humanæ: quum ea
ex ratione naturali omnino necessaria,
& ex diuinâ voluntate justa sit.

F 5

4. Atque

4. Atque hæc quidē ea sunt, quæ ex ratiocinatione humana colliguntur. Videamus, si quæ confirmatio ab expressā Dei voluntate accedit. Et certè si quis *sacra* diligentius inspicerit, præfatam potestatem adeo justam demonstrabit, ut ab ipsis divini Numinis expressa voluntate, & exemplo dependeat. Nos eam brevibus, ut convenit, persequemur. Voluntas expressa, ut constat, probatur dictis, & magis factis. Si dicta Dei hic quipiam querat, habebit penes Matthæum. Cap. 22. vers. 21. Lucan. cap. 20. vers. 25. Christi dicta tributa Cæfaris approbantis. Plura penes Paulum cap. 13. ad Roman. & fundamentalia 1. Corinθ. cap. 14. vers. 33. et 40. Ex quibus liquidò apparet Deum confusio- nem odisse, & velle, ut omnia de- center, & ordine fiant. Quod etiam pluribus aliis locis, si opus esset, con- firmari posset. Quod si facta Dei quis querat. *Sacra* veteris Testamenti per- scrutetur, & perfectionem conve- nientem societati hominum per ipsam Dei ordinationem advertet. Deus in Populo suo voluit Patriarchas, con- stituit

TITULUS SECUNDUS. 131

stiruit Judices, præposuit Duces, creavit Reges, Principatum ac potestatem temporalium iis attribuit, Jura quædam ipse condidit, tam generalia, quia naturalia & rationalia, quam specialia, quia ad politiam Populi specialiter sui, eamque vel Ecclesiasticam vel Civilem spectare arbitrabatur. Quorum illa ad internum hominum bonum, hæc autem ad externum Populi sui specialiter ordinavit. Doctores voluit, qui alios instituerent, divina jura interpretarentur, causas juxta eorum tenorem determinarent, ac denique leges quoque non quidem contra jura divina, sed vel præter vel secundum ea ex bono communio Populi præscriberent. Hinc illud Divinæ Sapientiae Proverb. cap. 8. vers. 15. 16. *Per me Reges regnant, utique quantum ad potestatem, ex legum conditores justa decernunt, videlicet quantum ad rectam rationem ac Justitiam.* Demostheni licet Ethnico iustum tamen visum fuit, rectaque rationi consentaneum, omnes debere legi parere; quia omnis lex & inventio quædam & donum Dei esset,

quemadmodum Marcianus noster refert *in l.2. D. de ll.* Eādem de causā Aristoteles existimavit injustum esse eūm , qui contra leges faceret. *lib.5. Ethic.* succēssit his Cicero sapienter de Dei ordinatione sentiens *lib.2. de ligib.* Hanc video, inquit , sapientissimorum fuisse sententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, neque scitum esse aliqued Populorum. Sed æternum quiddam quod universum mundum regeret, imperandi prohibendi sapientia , & quæ porro ibidem consequuntur.

5. At D.Paulus *d. cap.13. ad Roman.* omnia confirmavit, Non est potestas, inquit, nisi à Deo , et qui potestati resistit Dei ordinationi resistit. Quæ cum ita sint nemō rectè dixerit jura humana Gentium nim: & Civilia ex eo iniusta esse, quod ortū ab ipso homine acceperunt: quum Deum mediante homine authorem habēant. Et quæ, licet non ferantur immediate à Deo, ut authore naturæ, servuntur tamen per potestatem homini connaturalem. Id quod communis opinio tenuit, non tantum Philosophorum & J.Ctorum, sed etiam Theologo-

rum. Adeò ut ex iisdem fere principiis docuerint iura humana omniō obligare etiam in conscientię foro. Quemadmodum unicuique constare potest ex *Suare lib. 3. cap. 21. ram. 5.* & seqq. & *lib. 3. in princ. num. 2. de ll.* Deinde etiam ius Civile merè naturalis ordinis esse & quoad originem & quoad potestatem, pluribus confirmant præter *Suarum* etiam alii, qui de legum humanaū etiam in foro conscientia obligatione & transgressionum debitioне ex professo scripserunt, inter ceteros, quos vidimus, *Ludovicus Carbo de leg. lib. 6. disput. 16.* & *lib. 7. disput. 1.* & *alibi Adam Contzenus Politorum lib. 3. cap. 8. Azorius. Instit. Moral. lib. 5. cap. 6.* Denique *Claudius Carninius in oppugnatione turris Babel part. 1. cap. 18.* Cuius verba hic notabimus, que de lege humana rite latā, hoc est, ex bono & equo constitutā, reliquit, videlicet, *nunquam violatur lex humana*, quia simul infringatur illi implicita, annexa & inviolata lex apostolica, naturalis, divina & Evangelica. Hęc autem omnia accipienda sunt cum distinctione nostrorum Theologorum, quod obliget scil.

scil. mediately seu consequenter, non vero immediate, & directe. Et sic de potestate humanâ constituendi jura humana satis dictum, ac proinde, ut erat propositum, de Justitia ejus, quod constitutum est, dicendum est.

TITULUS TERTIUS.

De Justitia ejus, quod constitutum est ab hominibus secundum, preter, vel etiam contra ius divinum.

1. *Ius divinum triplex esse. Mores immutabile, ex quamobrem?*
2. *Ius Ceremoniale, ex Iudiciale abrogatum esse ex communis assertione, ex quamobrem?*
3. *Quoniam Iuri Hebreorum Iudiciali annunciantur?*
4. *Polygamia quoniam referenda sit, ex quid sit: an Iusta fuerit in veteri iure?*
5. *Ius Primogenitura recte ad Ius Iudiciale Hebreorum referri.*
6. *Nec Ius Ceremoniale, nec Iudiciale nisi quam*

TITULUS TERTIUS. 135

quam ad nos pertinuisse, neque adhuc
pertinere. Sed Morale omnino de.

7. Quamobrem Noachidarum precepta u-
nusquisque suscipere olim tenebatur
sub reatu mortis, non autem Israe-
litarum Mosaica.
8. Non tantum preter, sed & contra ius
Ceremoniale & iudiciale Hebraeorum
ius ac iustum constitui posse.
9. Quatenus tamen iura Mosaica ad omnes
Gentes pertineant?
10. Conclusio circa propofitam quesi-
tionem.

VT de Justitia ejus quod constitu-
tum est similiter constet, eadem
prefata recta ac naturalis ratio, & di-
vina voluntas consideratione poscunt.
Neque etiam simpliciter & absolute: at
verò cum ejus, quod ab hominibus in
societate humana ad bonum tranquili-
tatis & salutis publicę constitui opor-
teat, expressae divinitate voluntatis ex-
emplar in sacris extet: inquitendam
est, num extra illud ab hominibus
iustum quid constitui vel debeat, vel
etiam possit.

1. Adhuc initio sciendum est, Jus
Divinum

Divinum, quod sacris continetur triplex esse, Morale, Ceremoniale, Judiciale. Primo quod morale attinet, illud omnino immutabile, & perpetuum est, semper & ubique Gentium. Non quia à Deo in æternum Populo suo datum est: sed quia perpetuò bonum, æquum, ac iustum est, rectæ rationi, ac naturali æquitati per omnia congruum. Adeo ut nequidem à Deo aliter, quam constitutum est, postea constituit potuerit. Durum hoc primâ facie videri posset, at non est. Quamvis enim immensa, imo incomprehensibilis Dei sit potentia; nunquam tamen mutabilis ipse, aut injustus esse potest; qualis esset, si iustum aliud constitueret, quam quod iam antea constituisset, cum naturam humanam, & rationem naturalem crearet. Vide quid hâc de re existimet Hugo Grotius, lib. I. cap. I, num. 10. de Iur. bell. ac pac. sicut ergo, ait, ut bis duo non sint quartuor, ne à Deo quidem potest effici, ita ne hoc quidem, ut quod extrinsecè ratione malum est, malum non sit. Consentit alibi Suarez de leg. lib. cap. num. & omnes, quos unquam legimus, Philosophi

ac

ac Theologi. Sed quonam referemus dictum Anaxarchi, *non ideo Deum quid velle, quia iustum est, sed iustum esse quia Deus voluit.* Certe non alio nisi ad Jus Cæremoniale, ac Judiciale Hebræorum, seu aliud voluntarium, ac merè positivum, de quo statim. Jam autem hic asserimus, si quid ab hominibus contra ius morale, seu naturale rationale constitutum vel introductū reperiatur, semper & ubique terrarum ac Gentium iniustum esse. Si quid vero secundum circa, vel præter illud, congruum tamen principiis recte rationis, quæ ex divinâ voluntate dependet, & ex eius præceptis colligitur (ut postea dicemus) omnino iustū iudicandū est.

2: Quod ad ius Cæremoniale & Judiciale attinet, utrumque in hâc definitione pari ambulat passu, atque eodem iure censetur. Videlicet circa utrumq; vulgatissimum est, ac notissimum tam J.Ctorum, quam Theologorum axioma, *utrumque abrogatum esse.* Ratio nobis in eo sita videtur, quod prq singulari Gentis Hebrææ indole, genio, more, prærogativa, aliaque consideratione rerum ac circumstantiarum particulari

ticulari constitutum , & varietate re-
rum , locorum , ac temporum subinde
immutatum fuit. Cæremoniale per
Christum omnino sublatum esse Apo-
stolus testatur. *Galat. Cap. 4. vers. 9.* &
cap. 5. vers. 1. Coloss. cap. 2. vers. 16. 17.
Hebre. cap. 9. vers. 9. 10. Cui ea quoque
annumeramus , quæcunque leguntur
de circumcisione , quæ juris Mosaici
quasi introitus erat. Neque obstare
potest , quod illâ omnis Abrahami
posteritas etiam ante legem scriptam
teneretur : Nam id ex peculiari Dei
relevatione contigit , quemadmo-
dum reliquus sacrificiorum ritus , qui
in primis illis hominibus conspicitur.
Ex quo ortum habuit circumcisio , que
penes multos variosque Populos extra
Israëlitas reperitur : de quibus Hero-
ditus , Strabo , Philo , Justinus , Origi-
nes , Epiphanius , Clemens Alexandri-
nus , Hieronymus , aliique complures.
Ex quo itidem Saracenorum , Mahume-
tistarum , Turcarumque circumcisio
emanavit : quemadmodum aliquando
ex eorum *Alcoran* advertimus. Atque
hęc quidem de jure Cæremoniali He-
bræorum , quod sacris expressum est.

s. Ju-

3. Judiciale vero, quod Forense recte dicitur, peculiare Hebrais contigisse certum est. Cui hæc fere annumeramus, quæcunque constituta sunt de servitutibus & mancipiis, eorumque acquisitione per emptionem, de conditione serviendi per modum ac tempus, de manumissione, de ancillarum despensatione, de concubinatu, deque iis tractandis, neque vietu detrahendo, neque amictu, neque debito conjugali, De bove cornupeto servum, aut ancillam occidente: aque ita deinceps pleraque que Exod. cap. 21. 22. 23. continentur, & Politiam civilem concernunt: Nam etiam moralia & cæmonialia continentur. Insuper ea, que placuere de facultibus suis extra tribum suam non alienandis. Levitic. cap. 25. vers. 23. ex ibid. vers. 20. ex 21. ex cap. 23. vers. 10. Exod. Item de dividendâ terrâ Chanaan in tribus Israëliticas: ne extra tribum suam quæpiam nubat. Num. cap. 36. vers. 6. ex seqq. De Polygamia. Dent. cap. 21. vers. 15. de jure Primogenituræ. ibid. vers. 17. de ducenda patriâ & excitando fratri defuncto semine.

Dent.

Deut. cap. 25. vers. 5. Itemque ea, quæ statum ac stylum iudiciarium concernebant. De quibus Talmudici ex professo.

4. At ex his dubitabit forsan aliquis, nec sine causa, quamobrem Polygamia & Jus Primogenituræ inter iura Judicialia, seu Forensia Hebræorum connumerentur? Quod ad Polygamiæ attinet, hoc quidem nobis videatur (salvo aliorum iudicio) eam immerito inter iura Judicialia referri: Inter corruptelas enim forenses eam referendam existimamus. Quippe iusta fuit, contra naturam, & rationem naturalem: neque à Deo per Mosen, aliosve unquam permitta, ut bona, aut rationalis, minus præcepta. Fatemur interim multos, magnosque viros absque rubore Polygamiam in veteri ævo defendere, & permissam contendere ob promissionem de seminis multiplicatione, contentam *Genes. cap. 12. vers. 2. cap. 13. vers. 16. cap. 15. vers. 5.* Sed ab iis licet alioquin doctissimis summa ratione divortium facimus. Non enim unquam experti sumus in sacrorum sive Hebræorum, sive Christianorum investigatione, Deum solere

TITULUS TERTIUS. 141

solere quicquam permettere , ut bonum, quod contra naturam, & contra rationem naturalem est. Sed obiiciunt, necessarium fuisse Polygamiam inducere ex parte hominum, & permettere ex parte Dei ob seminis propagationem, & multiplicationem: quod itidē negamus. Enimvero potuit Deus naturaliter per fœcundos & crebros mulierum partus, aliove modo promissioni suę satisfacere absque necessario , naturali , & rationali malo. At instant pii ac sancti Patres eam introduxerunt , quod etiam veritati repugnat : Nam si consideratius sacra expendamus , Lamech , Esau, Laban, & similes fuere, viri , ut cuique notum est, impii. Quod si quidam ex Sanctorum Patrum numero , imo licet omnes eos secuti fuerint , nihil id iis adversus nos patrocinatur : dum ne quidem iustissimi à peccati labe immunes extiterint . Quod vel inviti nobiscum confiteri debent. Qui inverò Sanctissimorum Polygamia innumera incommoda, graves molestias , difficultates, querelas, & dissidia domestica produxit , certissima peccati , ordinis divini

142 LIBER SECUNDUS

divini violati , atque adeo divinæ voluntatis in contrarium signa ; & argumenta , quibus acquiescimus.

5. De Jure Primogenituræ arbitramur , jure illud meritoque inter jura Judicialia seu forensia Mosaica referri . Etenim juris naturalis , ac rationis naturalis est , ut fratres hæreditatem parentum inter se partiantur : at vero ut hâc illave ratione aut portione partiantur , utque Primogenitus duplam portionem accipiat , Juris Judicialis , forensis , seu positivi Mosaici fuit . Genes . cap . 21 vers . 17 . Porro ut bona feudalia , emphiteutica , cæteraque ejusmodi præcipiat , aliisque prærogativis gaudeat , semper juris proprii cujusque , vel Regni , vel Regionis , vel civitatis , vel similis perfectæ societatis fuit : atque etiamnum esse putamus . Ideoque plerumque determinari ex temporis , loci , populi , personarum , genitorum , morum , aliaque rerum , ac circumstantiarum consideratione , utilitate , vel necessitate : quæ rationem naturalem , ac perpetuam parit , non tamen in genere , sed societatis in specie . Cōtrariæ opinionis authores

authores exemplis suam astruere contendunt, Primo Caini, cui à Deo *Genes. cap. 4. vers. 7.* & Isaaci cui à patre Abraham Primogenituræ prærogativa data est. *Genes. cap. 25, vers. 5.* Quibus nihil aliud evincere possunt, nisi ante legem etiam scriptam jus aliquod Primogenituræ obtinuisse: quod lubentes concedimus. At exinde non sequitur. Jus Primogenituræ esse de jure naturali: Nam multa ceremonialia & Judicialia, eaque quæ sui naturâ imperpetua, & mutabilia erant, etiam ante legem scriptam speciali Dei revelatione fuerunt observata: quemadmodum constare potest ex sacrificiis Caini, Abelis, Noachi, Abraami, Jacobi, aliorumque. Deinde ex circumcitione Isaaci. Porro ex observationibus de non nubendo extra familiam, de ducenda fratria, & similibus. Circa eas igitur, seu Ceremonialis, seu Judicialis juris partes præfatum obtinebit axioma Theologorum ac J. Ctorum, nim. *Vtrumque abrogatum esse.*

6. Verum enimvero nos amplius dicemus. Videlicet, neutrum debere dici

dici abrogatum quoad nos : sed potius nullo unquam tempore ad nos pertinuisse, neque adhuc pertinere , nec per consequens considerandum venire in quæstione de eo quod iustum est. Dicimus non posse dici abrogatum quoad nos : quandoquidem nullum ius abrogatum dici potest eorum respectu , quos nunquam obligavit. Non autem eos obligare potest, quibus datum non est. Quibus autem datum sit seipsum exprimit , *Audi Israel*. Neque ullo verisimili indicio deprehendi potest Deum voluisse , sit alius quam suus Populus Israel eo teneretur : Minus voluisse , ut esset perpetuum atque immutabile , quod vel ex ratione utriusque obiecti colligere licet : Non enim continet , nisi extrinsecum , mortale , & mutabile bonum , Politiam vel Ecclesiasticam vel Civilem concernens ; Cui Deus perpetuam causam non dedit, sed eam ex diversarum Gentium conditione , & pro variâ Populorum ratione constituit : imo, ut ipsa conditio, & ratio diversa esset, voluit.

7. De Jure Mosaico (seu Ceremoniale,

TITULUS TERTIUS. 145

niale seu Judiciale velis) dictum reputatur penes excellentissimum Rabbinorum Maimoniden. *Halach. Melachim.* cap. 8. quantum ex versione doctissimi viri Seldeni collegimus, *Nolentem* (de Noachidâ seu Gentili loquitur) non ergebant in se suscipere legem. e*o* precepta (Mosaica). At vero iussit Moses à Numine ipso edocitus, ut quemadmodum dielum est, quisque mortalium in se suscipere cogeretur præcepta Noachidis imperata. Et qui id facere nolebat ultimo suppicio afficiebatur. Ratio manifesta est, iis præsertim, qui nostra lib. i. tit. 3. *supra* legerunt: quia, ut ibi ostendimus, præcepta Noachidis imperata non sensu, sed verbis solum distant à præceptis Mosaicis mortalibus. Et utraque cum sint naturalia, rationalia, eoque omnibus Gentibus communia, ubique vites suas extendunt, omnesque tenent homines, non in foro fori tantum, sed etiam in foro conscientiæ sub reatu mortis. Rationem assecutus est eruditione sua præclarus Petrus Cunæus de *Rep. Hebraeorum* lib. i. cap. i. ubi hæc insit, *Hujus generis septem præcepta illa fuere, que Talmudico data esse filiis Noachi ajunt.* Ea justitiae

G

regularis

regulas quasdam continebant, quibus carere hominum vita nequibat. Quare vis eorum tam late ad omnes pertinuit, ut qui nescirent ea, hos interficere in bello, atque ex hominum communione tollere iussi Israëlitæ sint. Neque id sine causa fuit. Omnibus enim beluis nocentiores videbantur, qui jus nullam accepissent. At Cærimonialia & Judicialia non æque omnes tenebant; neque etiam ipsos Israëlitæ semper & perpetuo, atque immutabiliter. De Cærimonialibus quidem, præterquam quod ex Christo constat, & acta Apostolorum confirmant. Cap. 6. vers. 14. Illud unicum exemplo esse potest, quod de serpente æneo inter ipsos Hebræos contigit. Etenim frater est & comminutus, qui antea religiosissimè venerationis erat. Justissimè tamen in eo comminuendo se gessit Ezechias. lib. 2. Regum cap. De Judicialibus verò præterquam ea, quæ speciatim Hebræos concernunt, & supra relata sunt, hoc insuper accipiamus, quod legitur de bove cornupeto Noachidæ alteriusve Gentilis feriente bovem Israëlitæ, super quodamni seu (ne quis carpat nos Talmudicorum

dicorum more loqui) pauperiei compensatio ex necessitate atque utilitate politicā constituta est. Rationem hujus constitutionis refert Rabbi Maimonides. *Halach. Naxiki. in cap. 3. Quoniam, inquit, nec precepta nostra (politiam scil. concernetia) ad eos spectant, et frequentius damna inferunt, et nisi reos hic facias eos ob damna à bestiis eorum illata, non coercebunt illas, et hominum bonis plurimum nocebunt.* Sed nunquid jure Naturali Noachidarum Gentiles ad damnum, seu pauperiem (ut nostri loquuntur) resarcientiam tenebantur? minime verò, sicut idem Rabbinus eodem capite, aliique complures cum eo existimant.

8. *Quæ cum ita sint, non tantum præter, verū etiam contra jura Cæremonialia, ac Judicialia seu Forensia jus ac justum constitui potest; prout bonum publicum, & communis omnium salus cuique Populo expetere videtur.*
**S A L U S namque P O P U L I S U-
 P R E M A,** nec scripta, sed nata **L E X** est. Eaꝝ ratione Theologi pariter nobiscū existimant, contumeliā legi Dei, seu Cæremoniali seu Judiciali, nō fieri, si

abrogatâ illâ (ut loquantur) novæ alij utriusque præferantur. Etenim hoc non simplici collatione, sed temporis, loci, Gentis, alteriusve rei consideratione fieri. Atenimvero fatendum est inter-
tim æquiores, aut sanctiores leges à nullo legislatore ulli Genti datas esse, quam quas ipse summus Deus Populo suo dedit. Ideoque dicendum est, cum Dei potius quam nullius hominis le-
ges sequendæ sint, rectissime facturum quemque legistatorem, si ad legum Judaicatum exemplar in ferendis suis respexerit, quoties peculiaris aliqua circumstantia, vel loci, vel perso-
narum nostræ impedierit. Quorum om-
nium singularis quædam in ferendis legibus habenda est ratio.

9. Enimvero quantumvis præfatae leges non pertineant ad ullam Gen-
tem sub ratione legis specialiter obli-
gantis, nec unquam pertinuere, ut no-
stra quidem fert sententia; pertinent
tamen ad omnes sub ratione doctrinæ
generaliter contentæ. Videlicet;qua-
tenus generali suâ naturâ, vel propor-
tionis æquitate unicuique exhibent
optimam maximam juris naturalis
deter-

determinationes. Simile quid dubio procul Augustinum impulit ad ea, quæ libro de vera religione tradit, de jure naturali, divino, æterno locutus, cap. 3 r. his fere verbis, *Conditor legum temporaliarum, si vir bonus est, ex sapiens, illam ipsam consule eternam, de qua nulli anima judicare datum est, ut secundum ejus immutabiles regulas, quid sit pro tempore iubendum retendumve discernat.* Item lib. I. de liber. arbitr. existimat nihil esse in temporali lege justum, quod ex lege æterna non deriveatur. Cui Zeppeti verba adjungemus lib. I. Cap. 12. in leg. Mosaic forensexplan. Ubi passim sententiam refert doctissimorum Theologorum de Forensibus Mosaicis: *Absit (ait inter cetera) necò ex hac, ut magistratus Christiani autoritatem usque adeo diminutam ex suppressam velimus, ut leges positivas condere ipsum posse negemus;* quæ determinationes, modificationes, expositiones, ampliationes, restrictiones, ex ad varias humanæ vita, rerum, ex administratione causas, acque easius amplificationes, pro populorum, temporum, ex locorum diversitate, ac ratione, preceptio-

150 LIBER SECUNDUS

logibus, sententiis, atque gnomis Mosei et generalibus addunt. Iterum Augustinus hic appositi Epist. 5. ad Marcellinum, non itaque verum est, inquit, quod dicitur, semel recte factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis causa, quod recte ante factum fuerat, ita mutari recta ratio plerumque flagitat; ut cum ipsi dicant recte non fieri, si mutetur, varietas contra clamet, recte non fieri, nisi mutetur. Quia utrumque tunc erit rectum, si erit pro temporum varietate diversum.

10. Quocirca ita censemus in despiciendo an & quatenus aliquid iustum constitui possit secundum, praeter, vel contra id, quod sacris continentur: solum nempe jus divinum Morale, recte rationi in omnibus, ac per omnia congruum, considerandum esse. Quoniam illud solum perpetuò, immutabiliter, ac necessariò bonum & æquum est. Non vero Cærimoniale, aut Judiciale: Quandoquidem, licet utrumque voluntati divinæ, ac recte rationi consentaneum fuerit, temporis, personarum,

TITULUS TERTIUS. 15

rum , locorum , aliarumque rerum ,
ac circumstantiarum respectu : non
tamen perpetuo , immutabiliter , ac
per se necessariò bonum & æquum
esse ex ulla ratione , aut divina volun-
tate (præsumptâ expressâve) colligî
potest .

G 4

TITULUS

TITULUS QUARTUS

Quatenus utile iustum sit.

1. *Utile iustum esse quatenus honestum ex recte rationi consentaneum.*
2. *Vnum idemque esse recte rationi parere atque Deo, et quatenus utilitas justi mater sit?*
3. *Divortium faciendum ab Aristippo et Carneade hanc in parte, et quamobrem?*
4. *X relatis satis evidenter constare potest, quatenus id, quod utile est, iustum dici possit, & revera sit: nimirum quatenus honestum, hoc est, quatenus juri divino morali consentaneum, vel saltem illi non contrarium. Si namque huic aduersetur, fædum atque inhonestum, ne boni quidem publici causâ iustum dicendum est. Si modo bonum publicum rectè dicatur, ac non potius malum, quod ut procedat fœditatem atque injustitiam, à qua ratio humana abhorret, præsupponit. Quæ autem ea sint, quæ juri divino morali adversantur; quæque proprie*

proprie ad Theologos & Concionatores Ecclesiasticos pertinent , à quibus ea quotidie reprehensa notamus , non referemus exemplo Ciceronis , qui hunc locum eodem fere modo explicat . lib. I. in fine . de Offic. Nam licet ille officium hominis , nempe circa justum & injustum , ex rectâ ac naturali ratione determinandum passim arbitretur ; eodem tamen res redit : dum jus divinum morale ex ea & constet , & interpretationem consequatur .

2. Enimvero unum idemque est re Etæ rationi parere , atque Deo : ut nobiscum censuit Hierocles in egregio illo ad carmina Pythagorica commentario , λόγῳ δὲ ὀρθῇ εἰπειδηδῷ καθεστῶ , τάντας τέσσαρα . Ciceronis autem verba hic transcribemus , ut nostris parcatur , Illud sorsam querendum . sit , inquit , num bac communis , qua maxime est apta nature , sed etiam moderationi , indestiaque amittannda ? non placet : sans enim quedam ita fides , partim ita flagitiosa , ut ea ne confirmanda quidem putris causa sapientis facturus sit . Ea Posit.

donius collegit permulta, sed ita tetra quædam, ita obscena, ut dictu quoque videantur turpia. Hac igitur non suscipiet Reip. causam. Nec Resp. quidem pro se suscipi volet. Sed hæc commodius se res habet, quod non potest accidere tempus, ut intersit Reip. quicquam illorum facere sapientem. Quod prope attendit Augustinus lib. 19. cap. 21. de Civit. Dei. Quamvis enim, ait, si diligenter attendas, nec utilitas sit ulla viventium, qui vivunt impiè. Quamobrè id quod dicitur,

Utilitas justi prope mater est ex equi.

Cum temperamento accipiendum est: vid. ut eatenus verum sit, quatenus utilitas ex ratione naturali, & divina voluntate constat: atque ex ea originem trahit. Alioquin & nomine, & re, & proprietate, & effectu ejus quod justum est, privatur. Etenim ut utile justum sit, sincerum sit, honestum, atque omni ex parte innoxium: conveniens constater & perpetuò recte rationis principiis, & divini juris præceptis, quæ libro primo memorata sunt. Neque etiam alio sensu utile Jurisgentium aut Civilis objectum est, scil. ut commode quidem & idoneè. *Societas humana conservetur, sed simul justa.*

TITULOS QUARTUS. 155

justè, sanctè, piè, honestè. Ideoque apposítè hic usu venit, quod Plautus olim dixit, *Judicare id quod justum, non quod utile est, velis.*

3. Quocirca ab Aristippo & Carneade dissentimus, qui omnem Justitiam utilitatis nomine complexi sunt. Irridentes omnia jura & officia naturalia, universalia, moralia, omnium hominū, ac ratiocinantium communia. Quippe nihil naturā, aut per se justum vel injustum, honestum vel turpe, licitum vel illicitum putabant; sed arbitrio ac potestate humanā ex utilitate metiendū, spreto omni omnino juris nomine. Quemadmodum Laërtius lib. 2. de Aristippo, & Lactantius lib. 5. cap. 17. de Carneade testantur. Hugo Grotius in prolegomenis in libros, quos de iure belli ac pacis scripsit, eundem Carneadem in partes vocat, qui sustinuerat, jus naturale esse nullum. Omnes enim & homines, & alias animantes ad utilitates suas naturā duce ferri: proinde aut nullam esse justitiam: aut si sit aliqua summam esse stultitiam, quoniam sibi noceat, alienis commodis consulens: idemque doctissimè explicat, quod

Poëta Philosophum secutus, ita expressit,

Nec natura potest justo secernere iniquum.

Cuius summi viri explicationi acquirescimus : & acquiescendum omnibus meritò tuemur : quemadmodum ex antepositis cuique constare potest. Verba ejus hęc fere sunt. *Admitti* (scil. illud quod Poëta) *omnino non debet. Nam homo animans quidem est, sed excivium animans, multoque longius distans à ceteris omnibus, quam ceterorum generis inter se distant. Cui rei testimonium perhibeo multe actiones humani generis proprias & quę porro ibidem consequuntur. Falsum itaque putamus naturam humanā non posse justo secernere iniquum. Nam natura humana ratione prædicta est : recta autem ratio intelligens est, constans, firma, sibique semper & ubique Gentium similis, ut nec amore, nec odio, nec invidia patiatur se ab honestate, & Justitiā unquam abduci : neque ullo temporis decursu, aut potentioris metu, aut autoritate variari. Quod sequenti titulo plenius exequemur.*

TITU-

TITULUS QUINTUS. 157

TITULUS QUINTUS

De præminentia boni atque utilitatis Publicæ.

1. Nihil injustum esse ex eo, quod privatum incommodum præferat, in ordine ad publicum bonum.
2. Quamobrem non habeat, quod queretur privatus ob incommodum privatum?
4. Magistratus officium in publici muneris administratione.
4. Populi nobile responsum ad Antiochum, ex M. Aetili Reguli cordatum exemplar.
5. Principium esse nature seipsum diligere, at rationis preceptum, magis diligere Patriam.

1. Equitur determinare an quicquid in usitata denominatione mereatur ob id, quod hujus illiusve privatum incommodum importet, boni tamen publici considerationem præferens. Et dicendum videtur quod neutquam: si modo per se justum, ac revera ob bonum commune omni-

un-

158 LIBER SECUNDUS.

um sit constitutum. Id quod communis Philosophorum, & Theologorum pariter ac I.Ctorum sententia tenet; leges nimirum injustas videri non posse ex eo, quod publicum omnium bonum præ se ferant, & privatum aliquod singulorum respuant. Quandoquidem non sunt ferendæ nisi juxta regulam Isidori lib.1. Etymol.cap.21. quæ vult, ut *lex nullo privato commodo*, sed *communi utilitate civium scripta sit*. Suarez lib.1.cap.7. num.4. rationem addit. Nam, inquit, sicut leges communitatim impununtur propter bonum communitatis praepositi debent, aliquid inordinate effene. Nam contra omnem refulitudinem est bonum commune, ad privatum ordinare, sed totum ad partem propter ipsum referre. Igitur cum lex pro communitate feratur, illius bonum præ se primariò procurare debet. Neque enim refragatur quod Jus Civile quasdam leges in commodium privatuarum Personarum, ut Pupillorum, Minorum, Mulierum, Militum, aliarumque similiter ordinat (quam ob causam privilegia plerumque nuncupantur) quoniam illud, bonum his illis per privilegia specia-

TITULUS QUINTUS. 159

tim concessum ac determinatum, ita
ut cunque ordinatur, ut redundet in
commune omnium commodum. Quem
admodum in singulis haud difficile esset
demonstrare, si ratio propositi id expo-
stularet. Neque etiam aliâ ratione con-
venit Juri Civili respicere commodum
vel incommodum singulorum, nisi in
ordine ad bonum commune omnium,
a quo singulorum dependet salus. Quo-
circa publica & communia privatis &
singularibus preferenda esse semper re-
cte rationi consentaneum visum fuit, &
evidens Justitiae argumentum. Vnde
illud Ambrosii in libro de Paradiso,
*Injustitia magis aliis quam sibi prodest, &
utilitates suas negligit communia emolu-
menta preponens.*

2. *Quod si queretur is, qui privatum
incommodum sentit, immerito quidem
queritur. Primo dum suo facto ac volun-
tate damnum sentit. Nam qui se socie-
tati aggregat, atque in ea summa Pote-
stati se subjicit, ille expresse promisit,
aut ex rei natura tacite promisisse in-
telligitur, se approbaturum & secuturum
id, quod ex usu societatis publicae bo-
num & aequum visum erit. Manifeste-*

id

360 LIBER SECUNDUS.
id constat, ex Cap. quid precedere debeat.
de Fend. ex ibidem Isena ex Aflict. aliisque.
Idem Aflictus in cap. 1. num. 5. qualiter
Visaltus jurare debeat. Gail. lib. 7. num.
10. de Arrest. Deinde, dum generale
commodum sentiat, fructum scilicet
salutis publice & plausibilis status bo-
num. Quò sane fit, ut inutile cuiquam
dici nequeat, quod omnibus, ac toti
reip. utile est; quemadmodum nec
cuiquam utile, quod reip. inutile est.
Paulus igitur noster in l. hac actione. 65.
§. Labeo. 5. D. Pro sociis. non abs re ita
censuit, semper enim non id quod priva-
tum interest unius ex sociis servari solet, sed
quod societas expedit. Idem fere Paulus
alibi, Ulpianus, & Juris Canonici
conditores notissimis locis respon-
derunt.

3. Ante Romanos Thebanorum
Imperator Epaminondas id recte in-
tellexit. Etenim cum à Persarum rege
Artaxerce per Diomedonatem Cyzice-
num tentaretur, non dubitavit re-
spondere in hęc verba, Nihil opus pecunia
est: Nam si ea rex rule, que Thebans sunt
utilia gratis facere sum paratus: fin autem
contraria, non habet aurum atque argenti
satis,

TITULUS QUINTUS. 161.

satis, namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro Patria charitate. Sedulè ille quidem observavit, quod Plato legibus suis expressit, in libro de Rep. in principio, nimirum,

Magistratus subjectorum curam gerito, ex Publica utilitatis singularem ratione habete.
deinde

Qui privatum emolumendum in publici numeris administratione publice anteposuerit utilitati damna est, et peculatus penas luita. Erasmus in Enchiridio suo militis Christiani ad Christianum Principem hæc insit; *Nos ea que publica sunt instrumentum commodum verte, sed que tua sunt, seque ipsum totam ad publicam utilitatem effunde, &c pando post, nullius injuria te minus moreat quam que priuatione ad te pertinet: publicam personam esse membrum, nec apertore nisi de publica cogitare.* Eam in rebus innumera veteres exempla suppeditant, Augustinus, Livius, Dionysius Halicarnassus, Plutarchus, Valerius Maximus, Justinus, aliquic complures.

4. Vnicum nos celebre responsum Popilii referemus cum legatus Popolii Romani esset ad Antiochum,

ut

ut illum *Ægypto* abstinere , aut si jam incessisset excedere juberet. Cum enim osculum ei Rex obtulisset , *Popilius facessere interim privatam amicitiam jubet , cum mandata Patriæ intercedant*, Adeoque hęc constantia animum regis fregit, ut parendum se senatui ultro responderet. Deinde & hoc cordatum M. Atilii Reguli exemplar , qui *præ utilitate publicâ Romanorum privatum incommodum maluit* : Si incommodum amplius nominandum sit , quod boni publici causa est. *A Pœnis captus juratus Romam missus est , ut nisi captivi quidam Nobiles redditи essent Carthaginem reverteretur.* Romæ cum esset quid fecit ? nimirum boni publici causā dissuasit captivos dimitti ; & quamobrem ? cum videret eos juvenes esse , eosque bonos duces fore adversus Remp. Romanam conjiceret , se jani confectum senectute non tantum Reip. prodesse posse , quantum illi obesse palam profiteri non dubitavit.

*Atqui sciebat , qua sibi Barbarus
Tortor pararet.*

Eto.

TITULUS QUINTUS. 163

Esto. vicit tamen honesta cogitatio salutis patriæ. Sed nunquid injustus in semetipsum, aliosque videbatur, qui merentes propinquos, qui pudicæ conjugis osculum, qui dulcissimorum natorum amplexum ab se removit, ut se se victimam nil miserantis hostis constituerit? Non sane: neque enim in semetipsum, nec in conjugem, nec in liberos, nec in propinquos injustus videri potuit, qui in patriam Remque publicam tam justus existebat.

5. Principium quidem naturæ est seipsum diligere, conjugem, natos, propinquosque. At rationis ac naturæ socialis præceptum est, magis diligere patriam. Ratio ac fundamentum horum omnium in eo situm est, velut Valerius Maximus *lib. 5. cap. 6.* in initio non minus promptè, quam verè existimat; *Quia ever a dono una vel altera iustumatus reip. status manere potest. Verbis vero ruinam penates omnium trahat secum necesse est, verum quid attinet, ait, verbis ista complecti, quorum tanta vis est, ut aliqui ea salutis suæ dispendio testati sint, quos undique refert. Et nisi de hisce satis superque pro ratione*

164 LIBER SECUNDUS
ratione instituti dictum esset ; refer-
remus memoratum illud exemplum
veterum Romanorum : qui bello
Punico secundo licet exhausto jam
cum in modum arario , ut ne Deo-
rum cultui sufficeret ; ita tamen o-
mnia locari voluerunt , ac si Resp. pecu-
niâ abundaret ; se præstituros cuncta ,
neque assem nisi bello confecto peti-
turos polliciti . Ha ! ubinam etiamnum
landabiles illi animi , & Patriæ fauto-
res ! querimur degeneres si vel mini-
mam contributionem pro salute Pa-
triæ fieri necesse sit . Nihil id ponde-
rantes omnia nos perdituros , si non
publica stet salus . Sed de his satis .

TI T U -

TITULUS SEXTUS.

De Potestate Humana Circa
rerum dominia.

1. *Hominem, qua animal rationale, dominum esse omnium rerum.*
2. *Dominii attributum esse liberam de rebus disponendi potestatem.*
3. *Potestas juris Civilis circa dominia jure Gentium delata.*
4. *Mutare rerum dominia ad legis effectum referri, ex Majestatis esse.*

OStendimus in præteritis generaliter potestatem homini connaturalem constitueri iura humana; simulque Iustitiam, quæ requiritur ad ea quæ constituenda sunt. Videamus specialiter quod proprius ad futuram questionem facit, & jam tribus verbis expediri potest. Videlicet inquiramus potestatem homini connaturalem circa rerum dominia, & specialius juris Civilis, & proprii cuiusque Gentis, circa ea dominia, quæ à jure Gentium delata sunt. Pro utrâque summa ratione

tione concludendum sustinemus.

1. Quippe homo, qua homo, i. animal rationale, dominium omnium rerum habet infra naturam hominis. Idq; fundatum in rectâ ac naturali ratione; quia rationis dominio, quâ pollet, omnia subjecta sunt; Fundatû insuper in Dei voluntate: Eaque tam præsumptâ ex necessitate consequentia, quia Deus rationis author est in homine, quam expressâ Genes. I. cap. I. vers. 26. & seqq. Psalm. 8. vers. 7. et alibi.

2. Quod si verò dominium rerum humanarum omnium infra naturâ hominis, homini jure suo, ac merito naturali, & Divino beneficio competit, sequitur ex naturâ rei evidenter libera hominis potestas disponendi de rebus humanis. Quo potestatis jure initio generis nationisque humanæ naturaliter quidem usus est, sed tandem necessitate humanâ exigente post naturalem rerum statum, alium rationale (Jurisgentium videlicet) superinduxit. Atque in eo justissimè certa ac propria cuique rerum dominia constituit pro authoritate, atque eâ, quâ naturæ & Dei beneficio gaudebat, potestate.

Porro

3. Porro quod ad potestatem juris civilis attinet circa ea dominia, quæ ex jure Gentium cuique delata sunt, ea evidenter colligitur, ex paritate juris, quod homini eque naturale est, & similitudine rationis, quæ usque militat. Eam verò quâ necessitate Jus Gentium certitudinem dominiorū induxit: parvel etiā majori ratione jus Civile modum, quo certitudo dominiorum conservaretur, superinduxit. Quippe ratio naturalis hominum, si dominiorū certitudinem desideravit, certe modū quo dominia rerū certa conservarentur non respuit. Imo verò omnino voluit vel voluisse creditur; quoniam confusionē noluit, quemadmodum abunde hactenus demonstratum est. Inter leges, quas tulit Numa Pompilius Sabinus, auspicato Rex Romanorum creatus, nullæ magis laudantur, quam quibus statuit uniuscujusque agrum limitibus distingui, iisque lapides apponi, qui sacrati essent Jovi Terminali; ut eos qui movisset, aut protulisset Jovi sacer factus impunè necaretur. Inde Terminalis Deus. Terminalia jura. Iapis terminalis. Deus ipse per Moisen de termino

mino moto legem dedit, *Deuterons. cap. 17. vers. 17.* ratus, quod volumus, modum fore, quo dominiorum certitudo ritè conservaretur, à quâ salus Populi non parum dependebat. Quamobrem persuasum habemus utriusque potestatem justam esse, quia naturalis est, & utriusque constitutum justum fore circa determinationem dominii, si rationale, hoc est, recte rationi ac divinæ voluntati congruum fuerit, ut supra ostendimus. Neque vero dici potest hominem per dispositionem Juris Gentium ulteriore fibi ademisse: quia ea dispositio ex facultate homini connaturali, atque ideo perpetuo atque immutabiliter ei competebat.

4. Hinc contigit ut Philosophi, auctore Suarez lib. I. cap. 17. num. 11. de ill. ad quartum legis seu Principis alterius vice summe Potestatis legem ferentis effectum retulerint *mutare dominia rerum*. Cuius quidem hæc ratio ibidem datur, quoniam in Principe vel Rep. non solum est potestas propria Jurisdictionis ad imperandum & punendum. Verum etiam potestas supremi dispensatoris & administratoris bonorum

TITULUS SEXTUS. 169

rum Reip. Ad hæc non adeo male Imperator Antoninus rescripsit, quod extat in l. 9. D. de lege Rhodia.

Ἐγὼ μὲν δὲ καστρούχος, οὐδέ τι μέτρον θελάσσων τῷ νόμῳ τῷν Ροδίων περιγέσθο τῷ ναυθικῷ, εἰν δέ μη τίς τῷ ήμετέρων αὐτοις νόμῳ ἐναποθάψται, τύτο δέ αυτὸν γὰρ οὐ θεωτός.
Αὐτὸς δέ εἰμι. Ego quidem mundi dominus, lex autem maris lege Rhodia quæ de rebus nauticis prescripta est, judicetur, quatenus nulla ei nostrarum legum adversatur. hoc idem D. quoque Augustus iudicavit.

H T I T U S

TITULUS SEPTIMUS

De vario usu Principiorum boni
& æqui, & applicatione præcep-
torum rectæ rationis.

1. *Gradus principiorum. Gradus officiorum.
Gradus Inſtitie, & qua ratione di-
gnoscantur?*
2. *Imperfectio humana in definiendo eo, quod
justum est; Vnde Gentilium major
difficulitas, quam Christianorum?*
3. *Christianorum difficultatem in applica-
tione congruā fitam esse.*
4. *Quemadmodum intelligendi, qui de juris
immutabilitate verba habent?*
5. *Amesii hallucinatio non circa Inſtitiam,
sed naturam Prescriptionis.*
6. *Vjus Principiorum, seu Preceptorum
varius demonstratur.*
7. *Rationes perpetue in dijudicandis Prin-
cipiis, eorumque Preminentiâ eli-
cienda.*
8. *In omni administratione humana con-
ſilia magnâ dexteritate temperanda.*
9. *Epilogus libri I. & 2.*

Postu-

POstulat hic locus in usum omnium, quæ hoc opere continentur, ut nonnihil videamus de vario usu Principiorum boni & equi, & applicatione eorum, quæ à rectâ ratione, atque adeo ab ipso Divino Numine præcepta sunt, & in sacris profanisque passim & ubique deprehenduntur. Circa quæ, ut boni ratiocinatores eius, quod iustum est, esse possimus, hæc fere circumspicienda sunt.

1. Primo & ante omnia gradus Principiorum ac Præceptorum considerandi veniunt, quemadmodum in ipsa communitate gradus officiorum. Nam quamvis, Sapientis Stoici verba sunt) argumentis collectum sit, quæ bona quæ mala sint: habent precepta partes suas: ex prudentia, Injustitia officiis constant. Officia autem preceptis disponuntur. Senec. Epist. 94. Eodem sensu Cicero lib. 1. de offic. in fin. In ipsa autem, inquit, communitate sunt gradus officiorum, ex quibus quid cuique præstet, intelligi possit: ut prima diis immortalibus, secunda Patria, tertia Parentibus, deinceps gradatim reliquis debeantur. Cui domino convenient gradus Justitiæ ab Ambrosio libro de officiis traditi.

Prima Iustitia in Deum est, ait, secunda in Patriam, tertia in Parentes, quarta in omnes. Primas igitur teneant ea præcepta, quæ dilectionem Dei Immortalis concernunt: tam quæ primariò, quam quæ secundariò sub eâ continentur, quæque dilectionem moralem proximi involvit. Nam qui dixerit diligo Deum & fratrem suum oderit, mendax est. *Ioh. cap. 4. vers. 20.* Hæc quidem omnibus priora ac potiora etiam ab ipsis Paganis constituta, & observata sunt. *Quia vero recta ac naturalis hominum ratio non tantum dicitat, ut sanctè & piè vivamus, verum etiam ut commode & idoneè, & utrobique justè; sui naturâ ea proximè sequuntur præcepta, quæ humanæ societatis ac communitatis conservationē continent.* Quorum iterum gradus sunt, in quibus cognoscendis, ac dignoscendis omnis labor & æstimatio juris publici & privati versatur. Etenim comparatio necessitatis atque utilitatis instituenda est, ut in iis gradus Iustitiae dignoscantur, & debite determinentur. *Quod autem magis necessarium ac utile fuerit communi societati, illud*

TITULUS SEPTIMUS. 193

lud magis justum putandum est ; videlicet præhabitâ ratione ac consideratione honestatis , quæ ex præfatis præceptis moralibus , quæ jure priora sunt , elicitor. Postdeinde, in ordine considerandum est illud , ad quod Personarum, temporis , loci, aliarumque rerum ac circumstantiarum ratione maxime obligamur naturâ. Quoniam illud magis est rationale. Neque enim injustitiae argendum est id , ad quod non motu , sed ratione naturali nos duci sentimus. Illud appositiè Cicero innut lib. I. de legib. Nos legem bonam, inquit, à mala nulla alia nisi naturali norma dividere possumus ; Nec solum jus à natura dijudicatur , sed omnino omnia honesta ex turpia. Nam ex communis intelligentia nobis notas res efficit , easque in animis nostris inchoavit ; ut honesta in virtute ponantur , in vitiis turpia. Hæc Cicero pro more suo egregie , alia Plato , Seneca , Plutarchus , aliquique Philosophi , Theologi & J. Cti in eundem fermè sensum reliquerunt.

2. Atenimvero in tantâ præceptorum copiâ & tantâ rerum humanarum diversitate, ac varietate: Præterea im-

perfecto rationis usu ex imbecillitate iudicij humani non raro accidit, ut utile recto, honestoque preferatur, cum nec utile id censeri debuisset, & utcunque rectæ rationis, & iuris divini præcepta crinibus quasi trahantur in contrariam, quam decet, partem. Neque id aliam ab causam, quam quod communes & naturales rectæ rationis notitiæ, de quibus initio locuti sumus, male singularibus applicentur. Ex quò demum numerosissimæ illæ Antistitum disceptationes mirum in modum inter se discrepantes. Inde errores & corruptiæ. Exinde leges iuræque pro cuiusque beneplacito in partes ita distracta, dilacerataque, ut non modo non Gens cum Gente, non Civitas cum Civitate, sed nec familia cum familia, nec homo cum homine, qui nec unus quis cum seipso consentiat. At rectissimè olim dictum ab antiquis fuit, Επειδὴ τὸ δίτιον τοῖς ἀνθρώποις τὸ κακῶν τὸ τὰς φράγματας μὴ διαισχωνει τοις μέρεσσι. Illud nimimum est causa hominibus omnium

TITULUS SEPTIMUS. 175.

niwm malorum, non posse communes illas
negiores applicare singularibus. **E**nimvero
Justitia inter mortales administrari
nequit absque eâ applicatione, quæ
singulis & rebus, & personis, & locis
& circumstantiis, earumque varieta-
tibus summoperè convenire debet.
Quocirca Deus ipse omnium sedulè
respectum haberi voluit, quemadmo-
dum ex sacris nostris doceatur, &
ipsius Christi exemplo statim doce-
bitur. **C**ui **S**acratissimus Imperator
noster consentaneum reliquit id, quod
Novell. 73. in prefatione. 6. quia igitur legit-
tur his verbis. **Q**uia igitur imperium prop-
terea Deus de caelo constituit, ut difficilibus
imponat, qua apud eum sunt bona, & leges
aperte secundum naturæ varietatem. **Q**uā
etiam de causa in l. ult. circa finem. Cod.
de Prescript. long. temp. existimavit
maiores nostros non nisi subtilissimo
ac divino motu ad actiones & iura
earum pervenisse. Etenim illud susti-
nemus & omnino verum putamus, Ju-
stitiam non esse in præceptis legibusve
sed præcepta legesque ex Justitia con-
stitui oportere. **Q**uod non male qui-
dam nostrorum notavit de Justitiæ &

legum naturâ differens. Haud secus Gentiles voluere, & quidem recte ut multa, præcepta & leges ex Justitiâ cuique debitâ constitui, non Justitiam ex illis determinari. At ex eo quidam illorum eò tandem devenere, ut considerato diverso, ac sœpe malo rationis effectu (in quo rationis nomine abutuntur) nihil certum aut determinatum, nihil verum aut justum ullibi haberi existimarint. Hinc alii opinione sola, non naturâ aut ratione ius constare contenterunt: alii utilitate sola metiendum putarunt, alii tamen illud, quidquid demum sit, ratione erendum sustinuerunt, rati non in opinione, sed naturâ & ratione naturali possumus esse. Fons enim legum morumque omnium, inquit Connarus comment. Iur. Civil. lib. I. cap. I. num. 6. natura est. Finis ad quam referantur ea ipsa natura est: natura, inquam, hominis, quam rectam rationem appellamus, quanquam quid opus fuisse rectam addere, cum que non sit recta ratio, eadem ne ratio quidem sit. At vero nos, quibus sacra Opt. Max. contigerunt; quibus nempe patefactum, quid in natura & ratione lateat, & à quo & ad quid

quid creavit nos idem ille Opt. Maximus: habemus Dei gratiā quid certò statuamus. Habemus vid. quid cuique tribuendum; quid in virtute, quid in Justitiā ponendum, vel non sit. Neque enim est, quod aliunde Justitiam pretendam existimemus. Habemus inibi, quid naturā communi, quid ratione naturali, quid Gentium usū, ac moribus, quid speciatim cuique Populo, quid particularius singulis hominibus bonum, æquum, ac iustum sit. Habemus nimirum præcepta, ex quibus si quis Justitiam sumere obstinatè noluerit; saltem ea ex verâ Justitiâ sumpta esse necesse erit confiteatur, vel invitus conscientiâ iudice, nisi Diabolo peior haberi velit.

3. Omnis itaque nostra difficultas in applicatione congruâ sita est. Etenim *Ius ipsum quidem*, (Connani iterum verba sunt d. loco.) per se nudum & apertum est, sibi constans & jam tum à Principio sui generis aeterna lege definitum: sed ipsum ad usus hominum & mores, quæ varij sunt & incerti accommodare & difficile est, & arduum. Accommodatio autem, ut procedat oportunè, &

H 5 ratio-

rationaliter, proprietates singulorum præceptorum cognoscendæ, & ad eam cognitionem rerum circumstantiæ, temporum varietates, Personarum qualitates, locorum exigentiaæ seriæ circumspiciendæ sunt. At quemadmodum circumspiciendæ non sane aliter quam iuxta mentem eius, qui præceptorum, iuris, legumque author est, & Deus Opt. Maximus. At quâ ratione mentem Dei quis assequetur? ex aliis præceptis & rationibus eiusdem iuris. Ex quibus statim colligemus unam & maximam præceptorum proprietatem esse; Præcepta esse immutabilia, & perpetua, sed usum eorum mutabilem esse ac variabilem variante rerum naturâ & circumstantiarum statu. Ex hâc proprietate per ratiocinationem facile colligimus, ad dignoscendum quid ex iis iustitia sit, iuxta omnium, quæ considerationem efflagitant, variationem moderanda esse, & applicanda, quæcumque recta dictitat ratio, & ius divinum præscribit.

4. Neque aliter intelligendi sunt Imperatores nostri & J.Cti, cum de Iuris immutabilitate verba faciunt.

Quem-

TITULUS SEPTIMUS. 179

Quemadmodum ante nos doctissimus & Jurispertissimus noster Tholosanus in suo syntagmate existimavit. lib. 11. cap. 1. §. 8. Verba eius , si a nostris , à sensu saltem non discrepant. Atque in jure naturali, inquit, et illud observo , Ius naturale esse immutabile. §. sed naturalia. Inst. de Iur. Natur. Gent. et Civil. Quemadmodum jus remanet, hoc est, quamdiu iustum illud naturale habet rationes et equitatem, quibus justum dicitur: verum tamen et mutabile erit, quando subductis columnis rationis, et equitatis iustum dissolvitur. Quod accidit, quando rationes, qua aequum statuebant, alijs subortis causis novis incipiunt minui, et superantur majori equitate. Eodem referri possunt, quae Hugo Grotius reliquit lib. 1. cap. 1. num. 10. circa finem de jure belli ac pacis ; Fit tamen , inquit, interdum ut in artibus , de quibus ius naturae aliquid constituit, imago quadam mutationis fallat incantes : cum revera non ius naturae mutetur, quod immutabile est, sed res de qua ius naturae constituit, quaque mutationem recipit. Qui quidem summi , atque eruditissimi J. Cti cum in modum expresserunt

id quod res est , ut ne verbulum quidem hic addemus , ne dictum dicamus. Sed referemus quemadmodum David hoc confirmavit de Jure divino , cum necessitate urgente panes propositionis Laicis prohibitos , & solis sacerdotibus debitos sub Abiathar Sacerdotum Principe cum sociis manducarit. Id quod ipse Christus confirmavit cum à Pharisæis transgressionis quarti præcepti argueretur. *Marc. cap. 2. vers. 24.* Porro Theologi passim id astruunt , ubi ad eum & similes causus commentantur. Amesius de casibus conscientiæ *lib. 5. cap. 1.* ultra ostendit ius naturale non fuisse mutatum , cum Abrahamo præceptum fuit , ut unicum ac dilectissimum filium mactaret: *Quid* magis videtur contra naturam ? cum Israëlitis permisum fuit bona Aegyptiorū auferre : *Quid* magis contra bonos mores videri posset ? *Vid. Ge ies. cap. 22. vers. 2. & Exod. cap. 12. vers. 35.*

5. At verò male⁹ Amesius hæc & similia Prescriptioni appropriat , licet similem eius rationem esse fateatur , *per meram ramen* , inquit , *Yt scaptionem nostra transfertur dominium in foro conscientie.*

QXV

TITULUS SEPTIMUS. 181

Qui enim sciens volens retinet alienum proprio domino invito peccat contra Ius Naturale. Neque à lege hoc præcipitur, sed tantum permittitur. Sed excusandus est Theologus, dum veram ac genuinam Usucaptionis atq; adeo Præscriptionis naturam ignoraret. Non enim is, qui legitime usucepit, & præscriptione se tuetur, sciens, volens retinet alienum proprio domino invito ; eoque nec peccat contra ius naturale. Neque à lege id permittitur, sed omnino præcipitur. Neque enim solet lex quicquam permettere, quod contra ius naturale est : Quod libro sequenti pluribus demonstrabitur : Ex quibus iudicari poterit, quatenus casus conscientiae Amesii, aliquotumque procedat in Usucpcionum & Præscriptionum terminis. Hie autem nobis tantummodo incumbit generaliter ostendere usum præceptorum recte rationis, & iuris divini. Atque id ex ratione naturali ipsa, atque usus insuper exigentia & humanarum rerum necessitate, Quemadmodum colligi potest ex regulis præfatis, & constare ex casibus subiectis. ut ecce

6. Diligere

6. *Diligere seipsum* præceptum est naturæ supra lib. 1. tit. 2. num. 3. *Diligere proximum eque ac seipsum* principium est rationis. supra lib. 1. tit. 3. num. 5. Hinc ratiocinationis beneficio regula manifestata est, *tibi quod fieri non vis, alteri ne feceris.* & ex eâ necessario sequitur præceptum *non occides*, & cæterum omne quod moralem proximi dilectionem concernit; dum id tibi à proximo fieri non velles. At ex iisdem fere principiis seu præceptis, accedente rerum ac circumstantiarum varietate, prorsus contrarium iustum videbitur. Videlicet, *diligere seipsum natura docet. Non occidere seipsum insuper ratio.* Contingit, ut nisi proximum occidas, te ipsum occideres, consequens est, ut proximum occidere, ex natura, ex rationi consentaneum sit, ex alio nimirum præcepto, defende rit am, quod ex summo principio *seipsum diligere* deducitur, & à ratione naturali confirmatur. Unde consequens adeo iustum est, ut non permisum sed præceptum sit: & omnino iniustum esset si omitteretur, quia contra naturam peccaretur. At dili-

ges

TITULUS SEPTIMUS. 183.

ges proximum, verum est, sed *cum ratione*: ratione autem *proximus sum egomet mihi*. At tibi id fieri non velles, ergo nec alteri id feceris: Imovero, quia in naturâ id positum est, ex rei natura velle debeo. Quoad proximum autem præceptum, quod ipse non observavit, non pro eo, sed contra eum militat: Nam *mihi non fecisset, quod sibi fieri non vellet*, adeo ut ex aliâ ratione, *quod quisque juris in alium statuerit, ipse eodem jure utatur*, necessariò justum sit. Porrò etiam illud præceptum *diliges te ipsum* validiori, ac specialiori cedit, ut titulo quinto proximè demonstratum est; nimirum huic, *diliges patriam etiam cum dispendio vite, cum res expostulat*. Si quis existimaret id esse contra naturam humanam ex principio naturæ præfato, omnino erraret: cum cesset ejus usus ob aliam, ac potiorem juris, ac rectæ rationis considerationem: quæ ex gradu præceptorum ad conservationem societatis humanæ posito manifesta est. Quippe cari quidem sunt parentes, cari liberi, propinquis,

pinqui, familiares; sed omnes omnium caritates patria una complexa est, pro qua quis dubitet mortem oppetere, si ei sit profundus, quemadmodum Cicero alibi de officiis. Cæterum & hunc casum pone, quo proximus eripuit tibi famam. vel id saltē conatus est; quæritur num iuste te ipsum defendes? expendantur principia. Defendere vitam principium est naturæ, defendere famam præceptum est rationis, per eam enim fama vita æquiperatur. Et recte Livius existimavit, *fama quidem damna majora est, quam que estimari possint.* Sed si defendas, defendes in detrimentum proximi? recte: sed si defensionem omittas, omittes in detrimentum, & societatis, & tui? omnino; consequens erit, ut te ipsum defendas. Natura enim ex societatis ex private tue cause amicuses. Sic Augustinus alibi de civitate Dei. At tibi quod fieri non vis alteri ne feceris? iuste: sibi famam eripi nollet, ergo nec tibi eripuisset, adeo ut iam nec naturæ, nec rationi contrarium sit, *ut ipse eodem jure utatur, quod in te statuerit.* Sed si defendas, defendes in detrimentum reip.? tu non defendes te ipsum, & aquabilius iudi-

TITUIUS SEPTIMUS. 185

iudicabitur. Sed unusquisque sibi bene
meruit, quam alteri! recte: sed siue
etiam tempore, & cum ratione. Jam
autem maior est consideratio boni pu-
blici, quod & vita & fama private
prævalet. Enimverò prior ratio, quæ
commixtam habebat rationem publici
boni, ne Resp. plena fiat hominibus
illis pernitosis (iniuriosos puta), iam
cessat specialiter in persona iniuriati,
cum reip: iam ex aliâ forsitan causa in-
tersit, ne iniurians luat meritam p-
nam suæ nequitie. Hinc factum arbi-
triamur, quod Philosophi pariter, ac
Theologi nobiscum existimant, vin-
dictam iniuriæ quando uon est necef-
faria, ad bonum publicum, neque
ad delinquentis emendationem, neque
ad partis laesæ immunitatem, non esse
actum Justitiae. Ratio manifesta vide-
tur, quia nihil eo casu privatum obligat
ex debito naturali, aut rectæ rationis
normâ ad defensionem: at quidem ex
adverso quamplurima ad iniuriam ex
animo condonandam. Nam qui existi-
mat nihil contra naturam fieri homi-
nem prrvatum violando, hominem ex
homine tolleret: at qui existimaret
... nihil

nihil contra naturam humanam fieri privatæ rei causa publicam violando, nihilo plus ageret, quam si daret operam, ut cum ratione in detrimentum societatis humanæ insaniret. Nam quod dicitur, *unumquodque animal ad suas tantum utilitates ferri*, indistinctè verum non est, sed intelligendum de cæteris animantibus irrationalibus, & hominibus antequam ad usum rationis pervenerint: atque instinctu potius naturali communi, quam ratione naturali, & homini proprio moveantur.

7. Atque ita quidem in his, ita in aliis casibus utriusque fori de ceterorum præceptorum usu erit judicandum; vid. pro rerum ac circumstanciarum omnium statu, *et* namque variatione; ut semper una ratiō ab alia dependeat non differat, nisi ut magis ex minoris. Neque alio respectu iustum vel injustum ex unāquāque petitur, nisi ut majus anteponatur minori. *Est* namque contra officium, judice Cicerone, *de officiis lib. I. majus uen anteponi minori.* Quia nempe majus minori fortius est, magisque necessarium & equum,

In

In eo sensu Tholosanus noster fuit,
Quinimo, inquit, et illud certum est aliâ
naturâ, et fortiori ratione, alias natu-
ralem vincit, collique posse infirmorem: Ec-
natura ipsa alias res ex corruptione priorum
efficit: atque quod equius est minus equum,
et si illud ante equum, superat. Quemad-
modum suum cuique tribuere conve-
nit, ita tamen, ut, si de duobus quæ-
ratur utri eorum tribuendum sit, ei po-
tius reddatur, cuius ratio æquior est.
 Veluti domino potius, quam latroni.
 Cuius rei notabile exemplum continet
I.bona fides. 3 r. D.depositi. Denique plu-
 rima quidem præcepta sunt, sed, etiam
 rebus in eodem statu permanentibus,
Non omnia omnibus conviunt. Alia in
 aliis, hæc in his, illa in illis specialiora
 sunt: eamq; ab causam diversam consi-
 derationem pro diversa rerum ratione,
 ac subinde variatione desiderant. Qui
 igitur generalia quædam præcepta his
 non consideratis, vel parum animad-
 versis, omnibus ac singulis promiscuè
 approprianda putaret, nomine ratioci-
 nantis meritò privaretur. Eum in finē
 Plato *de legib.lib.4.* ostendit, *equalia pro*
equalibus esse. Id eoque in politico do-
 cet

cet iura generatim quidem esse condenda, sed postea singulis applicanda pro ratione circumstantiarum. Ne dum imperite & acerbè jura urgeantur adversus ea peccetur, seu adversus mentem eorum agatur: **Quorum** is maximè finis est, ut omnia iuste stant. Eoque putavit non esse in justam vel iniquam vim, si quid præter legem generalem justius fiat, quin id legis menti optimè quadrare, nec esse contra eam. Cui non inconveniens est, quod Augustinus de legis naturalis immutabilitate censuit, cum existimat legem naturalem immutabilem esse, licet in applicatione ejus ad varias materias vel occasiones possit esse variatio. Id quod omnino voluit divina sapientia. **Ecclesiast. cap. 3.** vid. omnia tempus suum habere. Non diligere tantum, sed & odiisse. Non pacem habere tantum, sed quandoque & bellum. Non servare tantum, sed etiam occidere. Quæ perite dijudicanda sunt, ut justa sint, examinatis circumstantiis rerum, temporum, Personarū, locorū, atque ita deinceps omnium, quæ considerationem efflagitant.

8. Nam quicunque (Zepperi verba sunt lib. I. cap. II. de explan. II. Mosaic.) in admis-

TITULUS SEPTIMUS. 189

administratione humana omni consilia sua non attemperant, ut varietati, ex variatione rerum in disciplina, legibus positivis, ex tota gubernatione se se accommodent: illi rebus p. multum incommodant, vel etiam eas perdunt, obfirmatione sui in una ex eadem discipline, legum ex Iudiciorum ratione. Deus ipse pro causarum ex circumstantiarum conditione, & quæ sequuntur. Rursus hic Cicero se ostentat appositè hâc de re differens lib. i. de offic. his fere verbis. Incidunt sœpe tempora, cum ea quæ maxime videantur digna esse justo homine, eoque quem virum bonum dicimus, commutantur, fiuntq; contraria: ut reddere depositum, facere promissum, quæq; pertinent ad veritatem & ad fidem ea migrare interdum, & non servare sit justum. Referri enim decet ad ea, quæ posui principio, fundamenta justitiae: Primum ut ne cui noceatur, Deinde, ut communi utilitati serviatur. Ea cum tempora commutantur, commutatur officium, & non semper est idem. Vide licet illud est, in quo omnes conveniunt, pariterque sentiunt, unuquodque tum demum justum fore, & retum, si sit pro temporum, aliarumque circum-

circumstantiarum ratione diversum,
quia illud solum equitati consentaneum est.

9. Atque hæc quidem ea sunt, quæ necessariò nobis præstruenda fuere de justi, sive boni & equi partibus, earumque confirmatione, & argumentis: ut ea, quam in sequenti libro habituri sumus, disputatio melius intelligenter. Etenim jam questio de Vfucapione, ejusque præscriptione promptius expedietur à nobis, & intelligetur ab aliis, num Justus sit dominii acquirendi modus, sive, num Juri divino ac rectæ rationi aduersetur, nec ne;

FINIS LIBRI SECUNDI.

HUGO.

HUGONI S de ROY J.C.

De eo Quod Justum est.

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

**Quid Usucapio? Quid Pra-
scriptio?**

1. *Vfucacionem esse adjunctionem dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti.*
2. *Prescriptionem esse exceptionem , qua in judicio tutus est , qui legitime uscepit.*
3. *Esse ex alias prescriptio[n]es , que hic ad nos non pertinent.*
4. *Vnicum requisitum in persona domini , ut dominium amittat , scilicet negligentia per tempus lege definitum.*
5. *Quatuor requisita in persona Vfucapientis , ut dominium ei legitime adjiciatur , Iustus titulus . bona fides . Possessio . Continuatio possessionis.*
6. *Re-*

6. Requisitum in re, de cuius dominio queritur, ut talis sit que usucaps queat.

Exposuimus hactenus perratione instituti quid justum sit, & quatenus id quod ab hominibus constitutum undequaque reperitur, justum dici queat. Jam demum justo ordine determinandum erit id, cuius gratia investigationem ejus, quod justum est, instituimus; videlicet, quam ratione justus sit modus acquirendi dominii per Usucaptionem. Quod si vero is principiis boni & æqui seu præceptis recte rationis, quæ jam tradita & explicata sunt, non aduersetur, de justitia ejus amplius non erit dubitandum.

i. Ne verò quempiam lateat quid sit id, de cuius æquitate vel iniquitate disceptatur, operæ pretium erit videre quid sit Usucapio, & eadem operâ quid jus civile ad eam requirat, ut effectum sortiatur, qui in dominii adjectione consistit. Usucapio definitur in l. 3. D. de Usucap. adjectio dominii per continuacionem possessionis temporis lege definiti. Dominii adjectionem voluit J. Cetus, non adeptio-

TITULUS PRIMUS. 193

adceptionem, ut male quidam nostros-
rum, etiam ipse Cuiacius in d.l.r. quod
miramur; quoniam principalis causa
dominii acquirendi non est in posses-
sore, sed lege, dominium ex causis
subjectis huic adidente, & illi adjicie-
te. Quæ ratio à nemine J.Ctorum ne-
gari potest.

2. Porrò cum non raro in materiâ
Vsucaptionis mentio fiat Præscriptio-
nis: Imo promiscuè hæ voces ab in-
terpretibus usurpentur; sciendum est,
rejectis cæterorum de re & de nomine
differentiis, ex sententiâ subtilissimi
J.Ctorum Æmilii Ferretti in d.l. 3.num.
11.D.eod. ite Tulden.comment.in Cod.lib.7
Tit. 33.in Princ. Præscriptione exceptione
significare, quâ in iudicio tutus est, qui
legitime Vscepit. Quod confirmatur
expresse arg.l. 11. Cod. de long. temp. præ-
script. Nec secus visum fuit juris cano-
nici conditoribus, cum Titulo de ex-
ceptionibus Titulum de Præscriptio-
nibus subjecerunt; Invito licet ibidem
Panormitanô. Reste enim Lessius de
Iustit. ex jure lib. 2.cap. 6. dubit, 1. Præ-
scriptio, inquit, est exceptio perempto-
ria contra priorem dominum ex tem-

pore legibus definito vim habens. Quamobrem verò J. Cti in Digestis Usucaptionis & in Codice Praescriptio-
nis plerumque meminerint, evidenter colligitur ex verbis Justiniani in *l.unica Cod.de Usucap, transform.* Cum nostri animi vigilantia, inquit, ex jure Quiritium nomen ex substantiam sustulerit, ex Com-
munes exceptiones omni loco valeant, &c. Curiosius hæc inquirere præter institutum esset:

3. Interim hoc notatum volumus multas in jure nostro praescriptiones reperiiri, quæ tamen ex usucacione nostrâ non oriuntur, neque adeo exceptiones ex legitimâ possessione dici queunt. Quocirca ad nos hic non per-
tinent; nec per consequens de iis in-
telligi possunt, quæcunque imposte-
rum de praescriptionibus dicemus. Etenim promiscue vetbo Usucaptionis & Praescriptionis utemur, quemadmo-
dum J. Cti soliti fuerunt, ut notat Dynus in *Reg.sine possessione. de R.I.in 6.* ita tamen ut verbum praescriptionis semper prefatam exceptionem signi-
ficet.

4. Ut vero dominium per legem
juris

TITULUS PRIMUS. 195

juris civilis Romanorum ritè adjiciatur plura requiruntur. Unicum ex his in persona domini , ut dominium rei suæ amittat , nimirum negligentia per tempus lege definitum. Arg. I. D. de *Vsucap.* hinc Præscriptionem introductam esse contra negligentem dominum docet Mēnochius. *Consil.* 201. min. 96. arg. 6. primi. *Inst. de Vsucap.* et l. fin. in fine. *Cod. de annal.* *Exception.* item *Consil.* 726. num. 59. *Gail lib.* 2. *Observat. cap.* 105. num. 5. et 6. Variorum authoritate , item Bartoli & Baldi demonstrat, *negligens ubi non est, nec præscriptionem currere posse.*

4 Cætera in personâ Vsucipientis, ut dominium ei legitimè adjiciatur , quatuor numero. *Primum* requisitum est justus Titulus. i. habilis modus ad transferendum dominium , sive is sic ex jure Gentium , sive ex jure Civili. Qualis est Occupatio , Inventio , Traditione ex causa permutationis, Emptio- nis, solutionis, transactionis, cessionis, donationis, judicati, adjudicati, dotis, legati , Fideicommissi , & ita porto, quemadmodum ex titulis Digestorum & Codicis unicuique constare potest:

Nec distinguendum putamus inter negotium bonæ fidei, vel stricti juris; nominatum vel innominatum: Quia iis omnibus dominium acquiritur juxta l.8. *Prin. Cod. de Præscrip.* 30. vel 40. annor. Secundum requisitum est bona fides, id est, sincera & illæsa conscientia ignorantis rem alienam esse. *arg. cap. ult. de Præscript.* l. *pro emptore.* 2. §. si eam rem. 17. *D. pro Emptore.* l. 109. *D. de V.S.* In bonâ enim fide dicuntur esse, qui non habet scientiam rei alienæ. Sic Panormitanus in cap. *Quoniam.* 20. num. 3. *de Fræscript.* nec alioquin absque culpâ esset, qui sciret sese immiscere rei ad se non pertinentis. *arg. l. culpa.* 36. *D. de R.I.* atque adeo non justi sed injusti opus esset violare quempiam. *Plato. lib. 2. de Rep.* Quamobrem nec in foro civili, nec Canonico valet Præscriptio cù malâ fide, sic nobiscum docet Panormitanus in *Princ. cap. quoniam. de præscript.* sic itidem Menochius respondit præscriptione nō currere quando adest sciētia rei alienæ. *Consil. 201. num. 103.* et 108. *Consil. 15. num. 29.* *Consil. 143. num. 11.* *Consil. 426. num. 41. arg. cap. ult. de præscript.* ex *ibid. D.d.* Tertium requisitum est Possessio, sine eâ enim

enim Usucatio contingere non potest.

L. 2. 5. D. Usucap. ex cap. sine possessione de R.

• 1. in 6. Unde Menochius respondit prescribere non posse eum, qui possidere nequit. *Consil. 90. num. 72.* Possessio autem hic intelligi debet stricta; vera & proprie dicta possessio, quæ à nostris definitur detentio rei animo & contemplatione Domini. Nec refert ea per se contingat, sive per alium, potest enim quis prescribere rem, quam per alium possidet, ut recte nobiscum Panormitanus in *cap. si diligenti. 17. num. 6. de prescript.* Quartum requisitum est continuatio possessionis per tempus lege definitum. Si enim interrupta fuerit usurpationem non Usucaptionem esse Paulus ait in *l. 2. D. de Usucap.*

6. Demum ex parte rei de cuius dominio queritur potissimum requiritur, ut talis sit quæ Usucapi queat. Qualis autem Usucapi vel non possit, vel a quo, vel quanto queque tempore, huc non pertinet: quia tantum de Justitia, & effectu Usucaptionis legitime secundū leges cuiusq; juris adimplete nobis differendum est: cetera ad nos hoc tempore ulterius non spectant.

TITULUS SECUNDUS.

De effectu Usucaptionis.

1. Effectum in dominii adjectione constare.
2. Dominium directum adjici, explosis interpretum pugnis.
3. Usucaptionem firmum acquirendi dominii modum esse de iure Civili Romanorum, Hebraeorum salvo IVBILÆO, Græcorum, hodie omnium Christianorum.
4. Usucaptionem in genere Iuri Gentium, In specie Iuri Civili adscribendam esse.
5. Usucaptionem à Romanis renovatam, explicitam, reformatam esse.

1. Effectus Usucaptionis, seu potius Elegis in Usucapione in dominii adjectione consistit. Adeo quidem ut is qui legitime usucepit, & præscriptio-
ne tutus sit si possideat. l. 4. Cod. pro Empt. l. 2. l. Emptor. 7. Cod. de long. temp. præ-
script. l. si quis Emptionis. 8. in princ. Cod. de
præscript. 30. vel 40. ann. Et rei vindica-
tione

TITULUS SECUNDUS. 199
tione adjuvetur si non possideat. D.l. si
quis Emptionis. 8. in princ. Cod. eod.

2. Neque hic cum interpretibus pugnas querere in animo habemus circa dominium directum vel utile, sed dominium de vero dominio hic interpretamur, quale est jus, quo res nobis in individuo propria est: atque id quidem, sive res mobilis sive immobiliaris, corporalis sive incorporalis fuerit, modo talis sit, in qua legitima Usucapio locum habet. Nec enim ullibi in iure nostro distinctio dominii reperitur in directum & utile, sed ab interpretibus facta est preter contextum juris, & in foro recepta ob meliorem, ut putant, rerum intelligentiam. Sic nobiscum Costalius in l. 1. D. si ager rectigal. Sic etiam Giphanius lib. 2. disputatio. 1 1. num. 1 2. In terminis Modestinus in d. l. 3. D. de Usucap. simpliciter dominii meminit; Et Usucapione rem nostram facere Julianus ait in l. 7. §. fin. D. pro Emptore. adde Justinianum in l. fin. Cod. de Edict. D. Hadriani tollendo. in verbis Successori plenissime securitatem super dominio præstare. & Impp. in l. 20. de Paci. Traditionibus ex Usucaptionibus

dominia rerū non nudis pæctis transferuntur.
 Eodem sensu verbum Alienatio etiam.
Vſucaptionem continuit, ex sententiā
Pauli in l. alienationis. 28.D. de V.S. Vix
 enim est ut non videatur alienare , qui
 patitur usucapi. *Quam interpretatione*
nem pluribus confirmat Æmil. Ferret-
tus in l. 3. num. 20. & seqq. D. de Vſucap:
 & contrariam ferre non posse , ait ,
 alias quam asininas aures.

3. Usucapio itaque firmus Acqui-
 rendi dominii modus fuit de jure civi-
 li Romanorum. At id non tantum
 de Românis afferere audemus , ve-
 rum etiam de Hebræis idem , &
 Græcis , hodieque de omnibus Chri-
 stianis. De Hebreis testatur Petrus
 Martyr *in loc. commun. class. i. cap. 10.*
Quod nostro quidem iudicio intelli-
gendum erit , quoad perpetuam V-
sucaptionum preſcriptionumque ratio-
nem , quæ dominia confirmat , eorum-
quæ certitudinum desiderat. Cæterum
 vero Hebræi suam habebant legem a-
 grariam , nimirum , quâ omnes agri
 etiamsi centies emptorem mutaverant
 ad veteres nihilominus dominos re-
 dibant. Atque id contigit Jubilæi be-
 neficiis.

TITULUS SECUNDUS. 20
neficio , qui venditiones rescindebat,
& anno quolibet quinquagesimo so-
lennia sua reducebat. Neque habebat
iniquitatem illa lex , quia in agrorum
venditionibus habebatur ratio Ju-
bilæi : & quo vel proprius vel longi-
us aberat , eo vel majus vel minus
preium dependebatur. Atque illud
demum est , quod in *Levitico cap. 25.*
dicitur : *Cum vendideris aliquid Proximo*
tuo , ne circumvenire alterum. Secun-
dum numerum annorum à Jubilæo eme à
proximo tuo : Et secundum numerum anno-
rum , quibus fruges provenerint , vendat ille
tibi . *Pro multitudine annorum auge prei-*
um emptionis , et pro paucitate annorum
minue preium emptionis. Nam numerum
proventuum ille vendit tibi , ne igitur decipite
alter alterum . Porro & haec rationem ,
æquitatemque habebat illa lex , ne in
possessiones optime positas divisasque
paucorum avaritia irrumperet : ea e-
näm natura est mortalium , ut egen-
tem ditior semper expellat. Egens au-
tem econversò priscas possessiones
omni voto expertens omnia muta-
ri studeat . Huic malo commo-
dè subvenit Jubilæus Hebræorum ;
I. 52 quia

qui tanto desiderio expectabatur, ac gaudio excipiebatur, quanto nulla aliàs tempestas. Verum hæc & similia Talmudicam propriè doctrinam concernunt: quæ paucis admodum nota est, quemadmodum & cæteræ Hebræorum res vix uni rectè constant. Cuius rei ratio a Flavio Josepho mutuari licet, cum in mediterraneis locis eos agere, & nullum aditum esse ad eos mercatoribus peregrinantibusque ait. Nos qui Jubilæi typum Christum ipsum habemus, ut certitudo Dominiorum ac possessiōnum conservetur, Usucaptionum, Præscriptionum, retractuum, aliaque jura habemus, quibus satis superque bonis prospectum est, ne qua oriatur confusio: Quemadmodum ante Nos Romani & ante eos Græci, eadem ratione Societatis suę statum confirmarunt. De Græcis Plato testatur lib. 2. tom. 2. pag. 954. mihi, & Isocrates in Archidamo. De Christianis Dd pafsim. Inter cæteros Couvarruvias t. m. 1. relēct. cap. professor. de R. I. in 6. part. 3. in Princ. num. 1. in fine. hinc sane fit, inquit, ne nulla resp. sit, quæ propriis statutis ac legibus

TITULUS SECUNDUS. 203
bus usucaptionem mobilium & immobilium rerum non probaverit. Nec mirum nostro quidem judicio, dum ex ratione naturali non unius populi, sed omnium Gentium profluxerit. Non omnes tamen eodem modo approbarunt aut eodem spatio circumscriperunt, sed diverso, pro temporum, locorum, morum, aliarumque rerum & circumstantiarum varietate ac diversitate.

4. Ex quibus appareat quid respondendum sit ad quæstionem quâ quæritur, num Usucapio Iuris Gentium a Civili Romanorum sit adscribenda: videlicet in genere Juri Gentium; cum in ea spectetur rationis naturalis constitutum, necessitatis humanæ exigentia, & usus Gentium, si forsan non omnium in rerum universitate, nihil refert: nec enim id ad ea quæ ad jus Gentium referenda sunt requiritur, *ut supra lib. i. Titulo. 7. ostendimus.* Quocirca non tantum inter privatos, atque unius Civitatis socios Usucaptionem & Præscriptionem ex jure Civili obtinere contendimus: verum etiam **ex jure Gentium** inter invicem exteros,

204 LIBER TERTIUS.
ros, imo inter Principes binos, & Re-
ges æque iſupremos. Hujus quoque o-
pinionis fuit doctissimus Seldenus in
mari clauso lib. I. cap. 26. Contra Ferdi-
nandum Vasquium *Controv. Illust. lib. I.*
cap. 51. §. 23. Omnia fere, inquit, Iuris.
Gentium intervenientis capita ex Præscrip-
tione, seu inveterata consuetudine, annosa
utentium consensu stabilita, pendent. Ve-
taceamus de Principibus, quorum territo-
ria olim Romano suberant Imperio, postea
non Armis solum, sed et Præscriptione
(que in jura Gentium passim admittitur)
sui juris factis. & Paulo post subjicit, Et
præscriptionis sans titulum prorsus inter
Principes negare, est ipsa Iuris Gentium in-
tervenientia planè tollere. Neque etiam
immerito huic sententiae adstipula-
mum. Quippe plurima tēporis Præscrip-
tione inter Principes servata sunt, quæ
in jura Gentium transiere communi
calculo. Qualia quedam supra retuli-
mus, cum de jure Gentium ageremus,
quæ etiamnum peræque observantur,
& ab omnibus observanda esse recta
dictat ratio, & naturalis æquitas. In
specie vero, qua talis Juri Civili Ro-
manorum adscribenda est Vſucapio.

s. A.

5. A Romanis renovata, explicata, atque emendata fuit. Renovata per legem 12. tab. quam Romani ex Græciâ Româ transtulerunt.; quæque ita præcipit *Vsus authoritas fundi biennium esto, ceterarū rerum usus annus esto*, ad archetypum Platonis d:loc. Hinc Cicero tradit pro Cecinna *Vsus capionis* authoritatē a legibus ortam. Explicata vero fuit per Prudētes, per quos & ipse leges 12.tab. l.2.6.5.D.de origin.juris. Deniq; emenda- ta atque reformata fuit per Imp.nostri constitutiones. l. unica. Cod. de *Vsus cap. transform.* l. cum notissimi Cod.de Prescript. 30. vel 40. annor, & passim alibi. Si quis autem curiosus transformationis rationem quæsierit, comperiet eam in tantâ varietate rerum, temporum, locorum, personarum, ac ceterarū circumstantiarum omnino diversam , & huc omnino referendum esse quod dicitur, non omnium, quæ à majoribus consti- tuta sunt, rationem reddi posse. l. non omnium. D.de ll. Quod quidem ita intel- ligendum est , non quod à Majoribus quidquam absque ratione constitutum sit , sed quod ratio plerumque nos la- teat, quod verisimilius est.

TITULUS

TITULUS TERTIUS.

De Rationibus introducendæ
Usucaptionis.

1. *Rationes referri in l. i. D. de Usucap.*
2. *Rationem boni publici revera esse in Usucapione.*
3. *Remedium mali usum fuisse si negligētia domini puniretur.*
4. *Cur placuerit negligentem dominum dominio rei sūe multare, ac non potius pena aliqua pecuniaria.*
5. *Prescriptionem patronam humani generis dici à Cassiodoro, remedium justissimum à Pontificiis.*
6. *Pactis privatorum prescriptioni renunciari non posse.*
7. *Odiosa omnis novitas. Legis agrarie incommoda.*

1. **Q**uemadmodum ex usu Gentium Usucatio constat, ita etiam ex principiis boni & æqui originem habet, quibus à corruptelâ vindicatur. Quinpe rationes introducendæ Usucaptionis ex jure naturali rationali de sumptæ

TITULUS TERTIUS. 207

simpliciter sunt, per omnia juri divino, & rectæ rationi congruæ. Quæ Imp. Nostrum impulerunt, ut, *in l. ult. circa finem Cod. de prescript. long. tempor.* Profiteri non dubitarit, majores nostros hic subtilissimo & divino quodam motu affectos esse. Rationes introducendæ Usucaptionis referuntur *in l. i. D. de Usucap. ubi Gayus in hęc verba, bono publice Usucapio introducta est, ne scil. quarundam scrum diu et fere semper incerta essent dominia, cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium.* Quantum momenti sit bonum publicum in constituendo eo quod justum est, & quanta in eo sit divini juris ac rectæ rationis vis, satis superque *lib. 2. tit. i.* & passim omnibus demonstratum est: adeo ut hic tædiosa repetitione opus non sit.

2. Inquirendum autem hic erit, num ratio boni publici (quæ prætenditur) in Usucapione revera sit, nec ne, & eadem operâ quæ sit. Ea refertur ne dominia rerum essent incerta tempus constitutum esse, quod dominis sufficeret ad inquirendas res suas. *Quām necessariò & utiliter duo juris-*
gentium

gentium capita instituta sint, Res dividere & Punire fontes, jam pluribus constat. Quâ verò ratione jure Gentium distinctio dominiorum justa visa fuit: eâdem equitate justissima visa fuit conservatio distinctionis, & translatio de uno in aliud. Etenim sublatâ distinctione inducitur confusio, quâ nihil magis juri divino ac recte rationi adversatur. *Sup.lib.2.Tit.2.* Äquissima vero visa fuit conservatio per usucaptionem, dum absque eâ metus esset summae confusionis; nec ullus mortalium dominio eius, quod possidet, certus esse posset: Quoniam propter rerum diversam varietatem plerumque incertum esset, num tradens esset dominus, nec ne; Ex quâ incertitudine negligentia, rerumque incuria, exinde confusio, Ex confusione commune omnium damnum, vel etiam interitus sequeretur. Quippe possessio & cultum & curam rei negligeret, metu ne evincatur perpetuo, vel tandem aliquando verus dominus, si quis esset, eam sibi auferat: Sic Theophilus aliquando censuit ad *Princ. iur. de Usucap.* Et sane si socius rem communem negligentius semper-

TITULUS TERTIUS. 209.

semper curet, neque ut expostulat rei necessitas conservet, quanto minus curaret, qui certum in re ius dominii non haberet, & evictionem, reiq: vindicationem nullo non tempore expectaret. Simile quid Cuiacius ad d. l. i. D. de Vscap. si Vscaptionem sustuleris futurum esse, putat, ut ne quisquam quod diutissime possederit suum esse audeat affirmare: denique ut de possessionibus suis incertus quisque semper animi pendeat. Deinceps hominum commercia facile intermitterentur, ut existimat Couarruvias tom. i. select. cap. professor. de R. I. in 6. part. 3. num. i. Sine iis autem ne constare hominum societas, quin nec noster orbis. potest. Adde denique preter hec crebram disceptationem, & futuram litium coacervationem immensam, quarum finis non esset. Quamobrem J. Ctus. in ult. D. profso. Vscaptionem rerum constitutam esse ait, ut aliquis litium finis esset. Quod Cicero innuit pro Cecinna, Fundus à patre relinqui potest, at finis sollicitudinis ex periculi litium non à patre relinquitur sed à legibus. Hoc nostra autem est cogitatio eius qui lites execratur, nam iis carere pars quedam est

stro LIBERTIUS.

est beatæ vitæ, si credendum Martiali
lib. 10. Epigramm. 47.

3. Quocirca boni publici causa
omni malo occurrendum placuit. V-
nicum remedium videbatur, si punire-
tur negligentia domini non inquiren-
tis in rem suam. Justum quidem id
videbatur ex capite quod naturalis ra-
tio dictaverat punire fontes. Enimve-
ro jure meritoque fontium numero ad
scribebatur is, qui patiebatur rem suam
usucapi, & peccaret negligendo rem
suam non tantum in communem so-
cietatis perniciem : Verum eo ipso
contra naturam suam, quæ bonum &
utilitatem publicam ubique circum-
fert. Sic itidem Solon authore Plutar-
cho pœnam in negligentes constituit.
Hic autem pœna constituta est, ut
negligentia domini, rei dominio
multaretur. Indignus nempe erat
dominii privilegio qui eo abutebatur.
*arg. cap. privilegium 11. q. 3. cap. tuarum. de
privileg. vel saltem ut hoc metu desides*
in rebus suis ad diligentiam revoca-
rentur, & justis probisque possessoribus
decursu temporis idoneè cœatum esset:
sic Connarus. Commens. lib. 3. cap. 11. n. 1.

4. At

TITULUS TERTIUS. 211

4. At cur dominio rei, ac non potius pœnâ pecuniaria? quamvis sufficeret dicere ita placuisse, ideoque omnimode servari oportere, rationem tamen in eo positam credimus, quod sapientissimi nostrarum legum conditores noluerunt videri sapientiores eo, qui naturam rerum, hominumque consociationem constituit, Ipsiſve quibus omnino bona & æqua visa fuerunt, quæcunque naturalis & recta ratio constituenda suasit. Enimvero natura constituit hanc pœnam ac naturalis omnium ratio confirmavit eam. Cum omnium dicimus ipsum dominum non excludimus. Atque id, si nondum intelligatur, ex sequentibus manifestius apparebit. Hic tamen illud afferere audemus confisi folis introducēdæ usucaptionis rationibus, *In d.l. i. de Vjucap.* tantum abesse ut possibile fuerit pœnam pecuniariam pro jam constitutâ constituere, ut ne ullum quidem in rerum naturâ certum dominium existeret, si negligentia dominorum rei dominio cœntinuo non fuisset mulctata. Neque etiamnum aliam pœnam fingi, nedum constitui, posse

posse absque metu confusionis ac perturbationis societatis humanæ.

5. Neque id Cassiodorum latuit, cum Præscriptionem Patronam humani generis vocavit, authore Cuiacio *in Cap. 31. de divers. temp. prescript. et term.* Nec Pontificios, qui eam iustissimam & rectæ rationi consentaneam iudicarunt ex eo solo, quod imponat pœnam negligentibus & finem litibus, quodi omnino rationi naturali congruum est, Ut Panormitanus notat *in Rubrica num 2. de prescript.*

6. Vnde dénum contigit ut ob tantam boni publici rationē post Dynum Bartolus *in l. nemo potest. col. penult. vrs. querit Dynus an valeat pactum, de leg.* i. existimarit non posse renunciari præscriptioni pactis privatorum. *arg. l. jus publicum. D. de pactis.* in quo Bartolum omnes fere secuti sunt, ut notat Felinus *in Rubrica. de Prescript. extr.* Quæ res summam habet æquitatem, nam cum nihil tam naturale sit, quam servari ea quæ placuerunt. *Arg. l. i. D. de arbitr. et l. i. D. de constit. pecun. §. per traditionem. Inst. de rerum divis.* ea præser-tim placita, quæ communem Gentium, natio-

TITULUS TERTIUS. 213

Nationumque calculum præter partium consensum involvunt, firma manent, nec cum publica sint à privatorum voluntate dependent.

7. Adde denique quam odiosa sit omnis novitas *Cap. ante penult. extra de confuetud. l. observare. §. ingressum. D. de offic. procons. & ad eam Dd.* Adhèc nullus est vel mediocriter in historiis versatus, quem latet, quanta incommoda, ac clades, suspensa rerum dominia ubique conciverint. Unus Livius quam plurima eam in rem suppeditat argumenta atque exempla. *Quos non motus tantum, sed & clades & exilia secum tulit lex agraria?* Præter Romanos adde Græcorum etiam calamitatem ex eiusdem mali contagione; & faxit Deus nequid simile nostris contingat temporibus;

T I T U -

TITULUS QUARTUS

**Sitne lex justa quæ Usucaptionem
inter homines instituit.**

1. *Iustam esse , ex generali iusta potestate
puniendi Sontes.*
2. *Ex speciali iusta potestate legis dominia-
terum de uno in alium transferendi ob
bonum publicum.*
3. *Ex consensu ipsius negligenter Domini.*
4. *Ex ipsa rerum terrestrium natura.*
5. *Ex iusta professione.*
6. *Ex iusta occupatione.*
7. *Confirmatio ex iure naturali rationali.*
8. *Ex iure Gentium.*
9. *Ex iure Divino generaliter.*
10. *Ex iure Divino specialiter.*

Sequitur principalis controversia ,
Sitne justa ea lex, quæ Usucaptionem
inter homines instituit , dum huma-
næ legis authoritate dominium de uno
in alium transferatur absque consensu
(ut videbatur) domini. Cui contro-
versiæ licet ex jam dictis abunde satis-
fiat, ex sententiâ Azorii Inst. moral. par.
3.lib.

TITULUS QUARTUS. 215

3 lib. 1. cap. 16. quemadmodum colligi potest ex verbis ibidem relatis, At vero, inquit, lex eo ipso quod ob communem resp. Salutem condita est, iusta censetur ex hominum conscientias constringit, libet tamen indagare ulterius, quemadmodum ex antepositis hujus legis iustitia derivetur.

1. Primo quidem iusta est ea lex quæ Usucaptionem instituit. Quia iusta est potestas illa generalis legis (seu hominis legitimam legis ferendæ potestatem habentis) puniendi fontes, quemadmodum supra lib. 2. tit. 2. demonstratum est. An vero santonum numero adscribendi sint, qui patiuntur res suas in commune hominum damnum usucapi, J. Cetus ostendit, in l. bona fides. 2 I. D. depositi. nam, inquit, male meritus publicè, ut exemplo aliis ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet. quod abunde ex iis, quæ proximo titulo diximus, demonstratur.

2. Secundo, quia iusta est specialis illa potestas legis dominia rerum de uno in alium transferendi ob utilitatem publicam. Supra lib. 2. tit. 6. Quæ in specie confirmatur à Philosophis penes

penes Suarez. lib. I. cap. 17. num. 11. de
leg. additurque, transferre dominia vel
impedire illa, & similia pertinere ad
bonorum administrationem & ad po-
testatem dominii alti, quod dicitur
esse in Rep. & hanc potestate formaliter
utri Principem, quando statuit ut per
præscriptionem dominium acquiratur
ab uno, & amittatur ab alio. Nec ta-
men id fieri sine præcepto, quia oportet,
ut modus acquirendi lege præscri-
batur, & ut factâ acquisitione postea
firma & illefa conservetur. Ita Suarez
existimavit, cui adiungi potest Cou-
varruvias tom. I. relect. cap. pcessor. de R. I.
part. 3. num. 1. & plures alii. Enimvero
non est sublata potestas illa connatura-
lis hominum de rerum dominiis dispo-
nendi ex usu & necessitate humana:
modo iusta causa subsit boni pu-
blici, qualis hic; & exerceatur ab iis,
qui rerum potiuntur, quod ubique re-
quiritur.

3. *Tertio iusta est, ex consensu ipsius*
domini. Nihil enim est tam conve-
niens iustitiae & naturali æquitati,
quam voluntatem domini volentis
rem suam in aliud transferre ratam
habere.

habere. *Sic Imp. in §. per traditionem.* 42
Inst. de rer. divis Qui autem humanæ so-
cietati se subiicit, in summam Pote-
statem, eiusque constituta, aut expresse
consentit, aut tacite ex rei naturâ con-
sentire intelligitur *supra lib. 2. tit. 5.* Qui
quidem consensus eius est efficaciæ, ut
in terminis Vſucaptionis consensus
domini non absit, sed omnino bene
explicetur in alienationem rei suæ,
neglectę per tempus & modum à sum-
mâ potestate præscriptum. Hinc Pau-
lus noster in *I. alienationis* 28. *D. de V. S.*
Alienationis verbo etiam Vſucapio-
nem contineri voluit: vix enim esse
ait ut non videatur alienare qui patitur
Vſucapi. Eodem sensu Menochius V-
ſucaptionem inter species alienationis
retulit. *Consil. 82. §. num. 55. post Alciatum,*
Ruinum, & Rolandum ibidem allegator.
Quod insuper ex ratione Aristotelis
confirmatur statuentis delictum esse
quasi contractum, sive *συναλογικός*,
Vnde qui delinquit ex sententia
J. Ctorum eo ipso contrahere videtur
cum pœnâ in delictum statutâ. Cui ad-
iungi potest Ratio Panormitani in *cap.*
veniens. 19. num. 23. de Prescript. videlicet

quia consensus consentire debentis semper præsumitur. Placuit enim in jure nostro esse, & esse debere paria esse, & pari jure censeri. Arg. I. qui cum. 19. ubi Decius in fine. D. de R. I. Nō pugnabit igitur Usucatio cum jure Gentium ex eo quod dominium invito auferrat, ut Cuiacius perpetam concedit ad l. i. D. de Usucap. quia consentienti auferat.

4. Quarto justa videtur lex Usucaptionis ex ipsa rerum terrestrium naturâ, que talis est, ut diligentem excultorem desidereat, ne sordescant, & steriles reddantur per negligentiam dominorum & incuriam possessorum. Etenim *et Horat. Sermo. I. satyr. 3.*

Neglectissimanda filix innascitur agris.
Et recte in hanc rem Ovidius lib. 5. de Tristib.

*Fertilis assiduo si non resonetur aratro
Nil nisi cum spinis gramen habebit ager.
Nec sane hæc ratio una ex infimis existimanda est. Quippe Usucatio, si modus sit, quo possessiones, rerumque dominia certa conservantur, & certitudo illa culturam rerum, atque adeo fertilitatem agrorum promoveat, certe maximi*

TITULUS QUINTUS. 219

maximi boni causa est. Nam plurimi etiam cordatissimi mortalium res suas curando , atque agros excolendo incorruptos mores diutissime servavere; vitamque exoptatissimam transsegere. Cantavit aliquando Horatius hujus vitae laudes , quas mirâ semper cum delectatione legimus, *Epd.lib.od.2.*

*Beatus ille qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solutus omni faenore.
Nec excitatur classico miles truci,
Nec horret iratum mare :
Forumque vitat, ex superba civium
Potentiorum limina.*

Non ignavix illi , non luxui operam dedere, quibus perire potentissimi populi solent, sed sedulò seque resque suas regentes, negotio otium, quod corpus animumque virilem effeminat, repellebant. Flavius Iosephus superbire planè videtur cum historiæ suæ hæc inseruit, χωρὶς ἀγαθὴν τε μόδην, Τούτῳ ἐκπεινεῖμεν, terram fertilem habitamus, atque in cultura eius operam sumimus. Quasi nihil majus esse meliusque possit. Cujus

rei rationem alibi reddit, ἔγειρος
τὸν ἐργαζόμενος ζῆν. ὁ δυσάρτας ἡ
χολάζειν. *Habent enim ex opere suo, quantum satis ad vivendum sit. Et tamen iis o-*
tium agere non licet. Quasi nihil agis in
hac mortalitate exoptandum sit.

5. Quinto ex legitima possessione: adeo ut, cù dominiū naturaliter à possessione ceperit, jā mirū videri non possit, possessione confirmetur. Si exempla respiciantur, quæ pro favorabili possessionis causa ex ratione boni publici pafsim edita sunt in aliis quam Vsucaptionis casibus & terminis, non absurdā videbitur demonstratio nostra in terminis Vsucaptionis à possessione iustā ad dominum. Unum referemus ex Historia Græcorum Plutarchi in Arato, & Vnum ex Historia Romanorum Suetonii in Augusto. Aratus Dux ille Cicyonius vix optimus, liberatā à Tyrannide patriā, possessiones tamen non mutavit, nec veteribus dominis restituit, propterea quod tam longo tempore multæ hæreditatibus, multæ emptionibus, multæ dotoribus, aliisque modis detineren-
tur

TITULUS QUARTUS. 221

tur sine iniuriâ. Si itidem Augustus penes Romanos secundum possesso-
res boni publici causa pronunciavit,
cum post bella civilia plurima loca
essent ambigui juris , ex eo quod
illa alii à Senata , alii à Cæsare ,
alii à Pompeio , alii ab Antonio , alii
à Lepido , alii ab ipso Augusto data
sibi , atque assignata esse contenden-
tent. Quod quidem si equum visum
fuerit ob bonum publicum , ubi ulla
intervenisset dominorum vel exulum
vel oppressorum negligentia , nulla
culpa , nullum pene temporis intersti-
tium , quanto magis idem in terminis
nostris sustinemus intrepidè.

6. Denique iusta nobis videtur præ-
fata lex ex iusta occupatione. Res enim
à Domino per tempus ac modum præ-
scriptum neglecta , deserta habetur , &
pro derelicto habita cum nullius facta
sit occupanti justissime conceditur.
Res enim pro derelicto habita statim
nostra esse desinit , nullius fit , & occu-
panti conceditur. Quia iisdem modis
res desinunt esse nostræ , quibus ac-
quiruntur. Sic Ulpianus aliquando
censuit in l. i. D. pro derelicto. Quæ

cum ita sint, patrocinium pro lege V-
sucaptionis etiam ab invito extorquent.

7. At videamus porrò quemadmodum hæc itidem ex jure naturali rationali confirmantur. Videlicet ex ratione perpetuâ, & homini connaturali, quæ vult, non res solum hominum, sed & ipsos homines subditos esse humanæ societati, ut utilitati bonoque communi subveniant constanter & perpetuò; insuper iis, quæ ob id necessariò constituta sunt, justè parere, cum naturâ suâ justa sint. Id Quod Cicero tam serio innuit in demonstrandis hominum officiis lib. 3. Tute, inquit, cum hominibus consulere debeas, ex servire humane societati, eaque lege natura sis ex ea habeas principia naturæ, quibus parere ex quæ sequi debeas, ut utilitas tua communis utilitas sit, vi- eissim communis utilitas tua sit, celebres homines quid iis adsit commoditatis copia? quâ ratione illusoria redditur questio, num per præscriptionem tolli possit naturalis obligatio: dum per præscriptionem nullatenus tollatur, at vero confirmetur: atque adeo in quaque hominum collectione omnes

TITULUS QUARTUS. 223

nes, quicunque rerum potiuntur, ex naturali obligatione teneantur ad præscriptionem boni publici causa instituendam. Eadem operâ cognoscitur quam fragilis sit ratio, quam deduxerunt nonnulli *ex l. eas obligationes.* D. de Cap. minut. Ubi dicitur, civilis ratio naturalia jura corrumpere non potest: quod omnino verum est, alias namque non ratio civilis sed corruptela merito diceretur. At applicatio eorum inconveniens est, & contra rationem, videlicet legem humanam non posse per Usucaptionem dominium à priori domino tollere & transferre in Usucapientem; quia dominium competit jure naturali, cui ratio civilis & humana derogare non potest. Quâ etiam de causâ merito a Couvarruviâ reprehensi d.loco.num. 5.his verbis. *Profecto satius effe viris doctriñâ præstantibus his rationibus abstine-re, quam ita leviter argumentari.* Conse- quens igitur erit legem Usucaptionis, cum ex justâ & naturali causa in totius communitatis utilitatem instituta sit, ad controversiam injustitiae ex jure naturali immerito trahi.

8. Minus tamen ex Jure Gentium K 4 quoniam

quoniam si illud iustum sit , quemadmodum extra controversiam est , & per humanam dispositionem constitutu sit ex potestate hominibus connaturali,*supra lib.2. tit.6.* Et per illud discreta sunt rerum dominia necessitate boni publici ita exigente *lib.1. tit.5.* Profecto nec ex hoc iure præfata lex iniquitatis argui potest ; dum ex eadem potestate disponendi de rebus humanis (quâ homines sibi per dispositionem iuris Gentium nō ademerunt, immo nec adimere potuerunt, dum naturalis & perpetua esset *lib.2. tit.6.* & ex eadem constituta sit causa utilitatis & necessitatis humanæ ut hic *lib.5. tit.3.* ostendimus. Neque obstat argumentatio à solo Cuiacio obiecta in l. 1. D. de *Vjucap.* scilicet, cum cui per *Vsucaptionem* dominium adiectū est, iure Gentium non esse dominum, ex eo quod iure Gentium nullo modo fieri possit, ut non dominus aliū dominum faciat. Nō enim consideravit Cuiacius in *Vsucaptione* venditorē aliumve non dominum titulum tantū dare, nō autem dominium ; quod à sola lege adiicitur, vel ab eo cui legem ferendi & dominia rerum de uno in alium transferendi

TITULUS QUARTUS. 225

ferendi ob iustam boni publici causam,
etiam ne iure Gentium legitima potes-
tas est: Annuente dominii translatio-
nem ipso etiam negligente domino,
ut hic num. 3. demonstravimus.

9. De Jure Naturali & Gentium cū
consetet, videamus quid de iure divino,
quod sacris continetur, statuendum sit.
Illud autē vel tacitū est vel expressum.
De tacito iam diximus, quum nihil ali-
ud sit quam naturale & Gentium. lib. 1.
tit. 3. et 4. Nempe ius naturale rationa-
le per se, Gentium verò jus ex necessi-
tate consequentia probabili. Quin de
jure Divino expresso ex eo solo affir-
mare audemus quod aliud quid ac di-
versum à rectâ & naturali ratione non
contineat, imo nec cōtinere possit. lib. 1
tit. 3. et 4. In cōto lib. 2. tit. 3. Non procul
ab initio. Libet tamen affirmationem
nostram ulterius demonstrare tam ge-
neraliter ex capitibus legis Divine, quā
specialiter ex textu in terminis. Gene-
raliter quidem ex secundo summo ca-
pite juris ac voluntatis divinæ, quod
proximi dilectionem continet, quæ
proximi dilectio in ordine secundâ-
rio, in animæ verò salutis considera-

tione æque primario venit , neque enim alterum ab altero sejungi potest salvâ salute. At mirum cuiquam videri posset , qua ratione ex eo justitiam V-
sucaptionis probemus , ex quo plures
eam iniquitatis arguunt : Et putant
Vsucaptionem dilectioni proximi om-
nino refragari ex eo , quod per præ-
scriptionem quisque repellatur ab eo ,
(non dicemus cum iis , cuius dominus
est , sed) cuius dominium per negli-
gentiam suam amisit. Qui quidem
male philosophari nobis videntur , dum
in Vsucaptione publicum & commune
bonum totius societatis non consi-
derent ; vel si considererent illud priva-
torum utilitati non præferant. lib. 2 . tit.
3 . supra . Qualitet ineptissime in hac
materiâ & subiecto casu dicitur , fiat
justitia & pereat mundus , Cum justitia
non privato tantum , sed & publico
commodo metienda sit. Etenim si
amor proximi hic considerandus sit
(quemadmodum omnino) juxta per-
fectionem sui , & societatis exigentia-
tiam considerandus est : quâ de causa
non privatus ac singularis esse poterit ,
nisi in ordine ad publicum & commu-
ne

TITULUS QUARTUS. 227

ne omnium bonum : alioquin contra naturam suam confusionis , atque ita imperfectionis causa esset. Illud est quod Philosophus non minor quam orator innuit de officiis hominum, ex quibus id quod justum est deducitur, egregie differens , his verbis, *communis utilitatis derelictio contra naturam est, est enim iusta.* Supra id demonstravimus in persona, sed magis autoritate & ratione Reguli, qui amorem Patriæ atque utilitatis publicę, privato sui ipsius, conjugis, natorum, & amicorum bono præposuit : quamobrem egregius & nunquam satis laudabilis exul nominatus est. Eodem se refert assertio *Emilii Ferretti ad l. 3. num. 7. D. de Vsucap.* statuentis contra Angelum Vsucapionis aequitatem, quia publica est, private esse præferendam : Nam si bonum publicum præferri debeat , omnino hic aequitatem privatam iniquitatem evadere respectu aequitatis publicæ. Quod cum ita sit non malè nostro quidem judicio Ioh. Calvinus J. Cetus in lexico Juridico ex sententia aliorum existimat omnes eos totâ errasse viâ , qui præscriptiones distinxerunt in Favorabiles,

228 LIBER TERTIUS.

biles, odiosas & mixtas , In quorum numero Gratianus est. 16. quast. 3. §. *prescriptionum*. Et qui eum sequuntur tam juris Civilis quam Canonici Doctores , dum respexerint ad privatorum utilitatem, cum omnes Vfuscationes ex Prescriptiones à brevissimâ usque ad longissimâ ex eadem causa sint, vid. publicæ salutis et tranquillitatis. Quæ quidem salus & tranquillitas licet externa sit, naturalis tamen homini est , & regulis divinitatis juris, & recte rationis congrua.

10. Denique specialiter nostra assertio probatur ex textu evidentissimo. in cap. 11. vers. 26. 27. 28. & 29. *Judic.* ex quo itidem Petr. Martyr in locis suis communibus Vfuscationem de jure divino & Hebreorum civili astruit. Illic Ammonitæ arma movent adversus Israëlitas ad repetendas veteres sedes, & proprias olim Regiones Hesbō, Aroer, & cæteras circa Arnon. Iephite Israëlitarum Iudex & dux Ammonitas repellit præscriptione longissimi temporis, nimirum exceptione ex possessione 300 annorum ortâ. Iuste quidem, ut ipsi videbatur, ob rationem essentialē ac principalem Vfuscationis, quæ in negligētia.

TITULUS QUARTUS. 249.

gligentia domini non inquirentis inter
rem suam posita est, nam inquit, cur inter
im non inquisivisti in sedes & re
giones vestras. *vers. 26.* Injusta arma ad
versus nos sumitis, non enim peccavi
mus contra vos. Dominus Deus noster,
Iudex sempiterius, judex sit hodie in
ter nos. *vers. 27.* At cum Rex Ammoni
tarum eam præscriptionem non admit
teret *vers. 28.* Jūdex Imploratus Optimus
Maximus, negligentiam Ammo
nitarum puniens, confirmavit Israëli
tas in possessionis causa, eosque in ex
præscriptione tutos voluit. Voluntatis
ac sententiaz divini Numinis indubita
tum signum fuit, quod sententiam per
Spiritū suum sanctum executioni mā
darit. *vers. 29.* & Ammonitez, ut rationi
bus, ita & armis victi fuerint; in manus
enim potestatemq; Israëlitarum con
cesserunt. *vers. 32.* et 33. Nihil nostro
quidem judicio probabilius in termi
nis adferri poslet. Verissimam enim
ideam continet Præscriptionis à Deo
approbatæ; In quā ratio principalis
Usucaptionis seu Præscriptionis, quæ
in negligentia Domini non inqui
rentis in rem suam consistit, in ipsa

Opti

230 LIBER TERTIUS.

Opt. Max..- Judicis decisione fundata demonstratur. Atque hæc quidem ea sunt, quæ pro lege Usucaptionis, & præscriptionis justitiæ in transferendo obnegligentiam dominorum rerum dominia adferri possunt , quæ magis ac magis confirmantur consideratis iis, quæ in contrarium ab adversariis adferuntur , præter ea, quæ jam atlata & soluta sunt.

TITU-

TITULUS QUINTUS

De iis quæ adversus Iustitiam
Uſu capionis facere videntur.

1. Non obſtare, quod dicitur, legem civilens non poſſe auferre dominium, quod eſt juris Gentium.
2. Non obſtare regulam, rem meam non poſſe ſine facto meo ad alium traſferri.
3. Non obſtare regulam, neminem debere locupletari cum alterius jactura.
4. Quemadmodum prefata regula ad uſu capionem introducendam maximè ſectit.
5. Quà ratione bona fides tantum hic preſtet, quantum alias ipſa alienationis veritas.
6. Christianum eſſe Uſu capionem instituere ex parte legis, Praeſcriptione uti ex parte Uſu capientis, Praeſcriptionem admittere ex parte negligentis domini.
7. Hallucinatio cuiusdam circa Cap. 7. vers. 12. Matthæi.
8. Natura precepti, tibi quod fieri nō viſ, alteri ne feceris. Ad omnes omnino uetus referri poſſe, propter humane vite confociatiō

232. LIBER TERTIUS.

- confociatio expostulat. Interpretationē & applicationē ex rectā ratione desiderare.
9. *Vsus ejus in materia Vscaptionis, ut non contra eam, sed pro eā militet.*
10. *Hoc praeceptum Imp. SEVERO ALEXANDRO & I. Cis eiusdem eri sepe in mentem venisse. Quia tamen nullibi id contra Vscaptionem facere existimarunt.*
11. *Ius Civile perperam injustitiae argui ex eo quod consuetudo tempora Vscaptionis prolongarit.*
12. *Quod dicitur tempus non esse modum introducenda obligationis, nihil facere adversus Vscaptionem.*
13. *Explicatio Norellae 9. per Novellas 111. & 131. §. pro temporali.*
1. *P*ositis iis, quæ ad Iustitiam legis Vscaptionis conducunt; videamus consequenter ea, quæ ab adversariis in contrarium opponuntur. Quorum primum est, legem civilem non posse auferre dominium quod est juris Gentium. Nonnulli respondent legem civilem ex causa recedere posse à jure naturali & Gentium. Quod quidem verum est, sed male neque in terminis,

TITULUS QUINTUS. 233

minis applicatum. Quippe lex Civilis, per Usucaptionem dominium de uno in alium transferendo ex causa boni publici, non recedit à jure naturali, vel Gentium, sed utrique per omnia obtemperat atque inservit. quod ex eo colligi potest, quoniam lex Civilis Usucaptionis introducta est ex rationibus, quæ in jure naturali & Gentium fundatum habent. Quemadmodum hic tit. 3. ostendimus. Restius alii respondent legem & Principem propter bonum publicum & ex causa publicæ utilitatis alicui posse auferre dominiū rei suæ. Sic Dd. à Balbo allegati. part. prim. princ. Quest. 4. num. 3. de Prescript. Nos eam potestate super demonstravimus l.b. 2. sic. 6. et hic in specie tit. 4. num. 2.

2. Neque obstat, quod deducitur ex l. 20. quod nostrum i. i. D. de R. I. rem meam non posse sine facto meo ad alium transferri. Quoniam post ad impletum legitimum Usucaptionis tempus res nostra sine facto meo transfertur, quia non sine incuria, non sine negligencia, imo non sine consensu meo ad eum, qui legis divinæ & humanae autoritate gaudet.

3. Por-

3. Porro quibusdam videtur legem
Vsucaptionis de iure civili introductam
esse contra ius naturale ex eo , quod
eo iure constet neminem debere locu-
pletari cum alterius iacturâ. *l. nam hoc*
natura. D. de Condit. indeb. & Cap. locu-
pletari. de R. I. in 6. In Vsucapione au-
tem possessori dominium adiici cum
iactura domini. Et sudant nostri ut
hanc àrgumentationem diluant. Ple-
rique concedunt Vsucaptionem iuri
naturali ex eo quidem adversari , sed
tamen non minus iustam esse arb-
trantur ob rationem civilem , ut lo-
quuntur , publicę salutis & tranquilli-
tatis. Distinguentes itaque primo in-
ter rationem civilem & naturalem,
Deinde inter ius Poli & Fori. Sed u-
trumque perperam in terminis. Quasi
enimvero salus & tranquillitas publica
privatę comparata non prævaleat de
ratione naturali ; vel ratio naturalis
non sit iuris naturalis pars. Cum ta-
men ex eâ & constet & denomina-
tionem sortiatur. Nos quemadmodum
salus publica sit de ratione naturali *lib.*
2. tit. 1. & 3. & quā ratione Vsucapio sit
de salute publica, hic tit. 3. & publicā pri-
vata

TITULUS QUINTUS. 235

vatæ esse præponendā lib. 2. tit. 5. demōstravimus. Nunc vero quemadmodum non sit contra ius naturale ex eo, quod in Vſucapione dominium Vſucapienti nōn adiicitur cum iactura negligentis domini, ulterius ostendendum est. Primo quidem eam obcausam, quod volentis & consentientis nulla est iactura ut *supra lib. 2. tit. 5.* ex *hic in terminis. tit. 4. num. 3.* Vnde ius civile & hic & alibi sæpius existimavit, damnum non fieri ei, cui suâ voluntate atque adeo culpâ infertur: si damnum amplius nominandum, quod naturam suam iam exuit. *l. 203. D. de R. I.* Deinde ut culpa caret, qui scit & non prohibet, cum prohibere non possit, Ita iure nostro culpâ non caret, qui scit & non prohibet, cum prohibere valeat. *l. 50. D. eod.* Insuper quoniam nemo videtur fraudare eum, qui scit, & aut expresse consentit, aut tacite ex rei naturâ consentire intelligitur ex ratione *lib. 2. tit. 5.* ex *hic tit. 4. num. 3.* relatâ, vel cum possit non contradicit. *l. 145. D. de R. I.* At negligentia sua res suas deserit, rectissime in *l. alienationis. 28. De P.S. Paulus existimavit, vix esse ut non*

non videatur alienare , qui patitur usucapi. Deinde non potest dici in usucapione dominium auferri cum iacturâ & damno negligentis domini, quoniam nihil potest dici fieri cum iacturâ & damno privati , quod est ex commodo totius societatis publico.
lib.2.tit.5.num.2. et seqq.

4. Immo vero tantum abest , ut præfata regula Usucapioni obstat videli possit , ut ipsissima ad Usucaptionem instituendam maxime fecerit. Etenim si negligentem domino post Usucaptionem res , quam neglexit , restitueretur , ipse locupletaretur cum jacturâ non unius eiuspiam privati bonæ fidei possessoris , sed omnium ac singulorum in societate simul viventium. Nam domini eâ fiduciâ muniti negligentes fierent ad inquirendas res suas. Deinde possessores & curâ & culturâ rerum abstinerent , nunquam de dominio rerum certi, licet eas bonâ fide & optimo ad transferendum dominium titulo acquivissent. Ex quo commercia facile intermitterentur , & lites coacervarentur, neque eorum ordo , neque harum finis

finis esset. Quę evidenter societatis humanae jacturam , vel etiam extremam ruinam minantur. Cum jam contra inducta Vscapione ex utilitate omnium singuli plausibili gaudeant statu.

5. Quamobrem, quum æquitas naturalis & jus naturale (seperari enim nequeunt) non tantum non sunt impedimento , verum etiam adjumento, bona fides Vscapienti tantum merito prestat, quantum ipsa alienationis veritas. arg. l. i 36.D. de R.I.

6. At Christianumne sit quæritur probabilem ignorantiam , & longam benevolentiam torquere in liberam voluntatem alienandi ? Cui respondeamus , falsa pro veris in quæstione supponi : Non enim probabilis ignorantia , sed non probabilis , nec longa benevolentia sed negligentia , ne dicamus malevolentia punitur : nec torquetur , sed explicatur pro consensu in alienationem , non in liberam voluntatem alienandi : neq; enim necesse est , quoniam principalis causa dominii transferendi non est in domino sed lege, vel legem ferente, ex causa & ne-

& necessitate boni publici , cui subesse
 & parere Christianum est. *ut lib. I. tit.*
6. & lib. 2. tit. 1. 2. & 3. Ostendimus:
Quocirca omnino Christianum esse
arbitramur V^{er}sucaptionem instituere
ex parte legis seu legem ferentis, Præ-
scriptione uti ex parte ejus qui legitime
V^{er}scepit , & Præscriptionem ad-
mittere ex parte ejus qui rem V^{er}sapi
passus est: quoniam eam exceptionem
opponens non peccat. d. cap. 11. vers. 27.
Judic. neque ei adversus quem opponit
 damnum facit, quia id facit, quod face-
 se jus habet. *arg. I. i 51. D. de R. I.* atque
 eo ipso juste facit, quia jure facit, *ex*
sententia Augustini lib. 19. de Civit. Dei.
Cap. 21. *Quod jure fit , inquit , profecte*
juste fit.

7. At instat quidam *ex cap. 7. vers. 12.*
Matthei, ubi talis regula à Christo tra-
 ditur , *Omnia quaecunque multis ut faciante*
nobis homines, ita & vos facite illis : qua-
 putat , Christum omnia jura , quæ
 civili tantum ratione nituntur , ad
 æquitatem naturalem revocasse. At
 enimvero quam male allegetur hic
 textus in terminis V^{er}sucaptionis contra
 V^{er}sucaptionem pro eo cuius res usucapta
 est,

est, Deinde quam infeliciter explicetur præter mentem Christi, ac demum, quam parum proposit explicatio, licet concedatur, alias ostendimus, ad quæ lectorem remittimus.

8. Hic autem operæ pretium erit eadem insuper confirmare ex communiusu præfatæ regulæ. Quippe in ea plurimum spei ponunt contrariæ opinionis authores; quinvero tantum mysterium ei inesse nonnulli existimant, ut, si cuiquam ante hac in mentem venisset, nihil unquam pro Vscupione sustinuisse. At expendamus mysterium. Generale præceptum esse juris divini, & rectæ rationis regulam negari non potest. Conveniens est omnifariam recte rationis principio diliges proximum æque ac te ipsum: Continet enim ex sententia Hieronymi præcepta secundæ tabulæ, qui ad Celant. de Instit. matris fam. hæc reliquit, *Omnia quæcumque vultis ut faciant robis homines, ita et vos facite illis, conjungit vult inter vos, atque connæcli per mutua beneficia charitatem, adeo ut tota justitia et præceptum hoc Dei communis sit Utilitas hominum. Esto. Ad omnes igitur omnino casus*

casus referri debet ac potest , prout
humani generis conservatio & Civilis
vitę consociatio expostulant, quemad-
modum *supra lib. 2. tit. ult. longe lateque*
ostendimus. Adhac interpretationem
ex ejusdem rectae rationis & socialis
naturae regulis desiderat, ut applicatio
congrua sit.

9. In terminis itaque quemadmo-
dum omnis homo , qua homo , ex
iisdem principiis vult vel sui natura
velle intelligitur ea quae conservant
communem humani generis societa-
tem (*qua sublata beneficentia , liberalitas*
bonitas , justitia funditus tollitur; qua qui
tollunt etiam adversus Deos impii judicandi
sunt , ab iis enim constitutam inter homines
societatem evertunt, ut Cicero lib. 3. de offic.
& jam ad nauseam usque demonstra-
tum est) Ita etiam unusquisque vult,
& sui natura velle intelligitur ea , que
per Usucaptionem instituta sunt. Ratio
consequentiae ex antecedentibus pe-
titur, quibus nempe demonstratum est
Usucaptionem conservare constitutam
inter homines societatem. Quod igitur
dicitur non velles tibi rem per Usu-
cationem auferri verum non est , quia
omnino

TITULUS QUINTUS. 241

omnino vellem, dum homo sim & hu-
mani nihil à me alienum putem , vel
saltem putare debeam : Illud autem
humanæ sorti omnino conveniens sit,
& ad conservationem humani generis
pertineat. Justius econtra diceretur,
non velles, vel non deberes velle rem,
quam neglexisti , & alius bonâ fide,
iusto titulo , legitimo modo , præ-
scripto tempore usucepit, tibi restitu:
dum ad commune , ideoque etiam
tuum damnum & interitum ea res spe-
ctaret. Deinde si ipse usucepisses,
Non velles rem usucaptam tibi auferri
in detrimentum tuum & commane
omnium. Idem fere in maiori causa
nimirum servitutis imponendę censuit
Augustinus. lib. 19. Cap. 21. de Civ. Dei.
Ubi illud ab utilitate nō tantum socie-
tatis, sed & ipsius serviētis demonstrat.
Quamobrem nos ita quidem prefa-
tam regulam explicandam & appli-
candam putavimus , iuxta subiectam
materiam & circumstantiarum exigen-
tiam conjungendo coniungenda , &
disiungendo disiungenda : Nec rece-
dendo à mente Authoris Christi Pa-
ternæ voluntatis dictatoris perpetui.

L

Cuius

Cuius mens ex aliis præceptis & rationum principiis luculenter dignoscitur.

10. Hoc itidem sensu Alexander Severus dilexit huic affine dictum: quod non tantum in Palatio, sed & passim in publicis operibus præscribi iussit. In Viâ Appiâ quâ Româ itur Neapolim hæc mutila inscriptio reperitur.

..... N' E R S

... d tibi non vis

. e feceris .

.... A G O ...

D. N. O. M.

Lege.

ALEXANDER SEVERVS
Quod tibi non vis, alteri
ne feceris.

... A G. O ...

D. N. O. M.

Réliquum quod deest ad verum sensum reducere non possumus, nisi quod inferiorem lineam legendam putemus

TITULUS QUINTUS. 243.

mus, Divino Numini Optimo Maximo, seu Devotus Numini Opt. Max. sive Diis nostris omnibus Manibus; Parum enim nostra refert quid elegatur. Lactantius *in Epit. Cap. 3.* refert ex Lampridio d. Imp. Alexandrum Severum saepius clamasse, & per præconem, cum aliquem emendaret, clamari jussisse, *quod tibi non vis, alteri ne feceris*, atque illud insuper æque publice perscribi curasse. Porro hoc dictum radicem justitiae & æquitatis fundamentum appellat; & nostro quidem judicio recte, sed convenienter applicandum singulis hominum actibus, rerum causis, causarum circumstantiis, & earum varietatibus; Quemadmodum *supra lib. 2. tit. ult.* de recto ejus usu docuimus. Saepius igitur hoc dictum in mentem venit Imp. Alexandro, nec tamen contra Viscapionem aut præscriptionem eo usus est, quemadmodum constare potest ex constitutionibus ejus, quæ passim sub variis titulis in Codice extant. Et quoniam apud d. Imp. summo in honore floruit clarissimorū J. Ctorū chorus, quorum Princeps Domitius Ul-

L 2 pianus

pianus, patriâ Tyrius, deinde præcipui
fuere Jul. Paulos Patavinus, Pomponius,
Celsus, Modestinus, Callistratus,
Florentinus, Africanus, Venu-
leius: Quoniam videlicet hi tempore
Alexandri Jurisprudentiam professi
sunt, dubitandum non est, quin dictum
illud Christi *Cap. 7. vers. 12. Matthæi* sepe
iis in mentem venerit, dum quotidie
illud in ore Imperatoris fixum, & ubi
que in locis publicis perscriptum ad-
verterent; nihil tamen id contra
Usucaptionem facere rati. Utputa,
dum ex eorum sententiis ac opinio-
nibus omnes fere leges Pandectarum
pro Usucapiomibus & præscriptionibus
conceptæ sint, ut ex ipsissimis constare
potest. Adde quod idem ille Imp.
Alexander Severus tantâ semper fuerit
equitate, ut nullas unquam sanctaret
leges, nullam constitutionem sacraret,
sine viginti juris peritissimis & doctis-
simis, ac sapientissimis viris: Neque
adeo in ulla re judicium ferret, quin
prius iret per sententias singulorum,
& scriberetur quid quisque dixisset.
Cum de jure ac negotiis tractabat, so-
los adhiberet doctos ac discretos: si de
re

TITULUS QUINTUS. 245

re militari, milites veteres ac senes. Lampridius hęc testatur in ejus vita. Adeo quidem ut verisimile non sit, verū ejus dicti usum latuisse vel Imperatorē Severū Alexandrū vel sapientissimos illos ac prudentissimos boni & æqui, atque adeo ejus quod iustum est, Conditores, atque interpretes.

i. Absurdius oppugnatur *Justitia Juris Civilis*, quoad tempora Vſuac-
pioni & præscriptioni præscripta, hoc
argumento: Generalis nostra consue-
tudo tempora mutavit ac prolongavit,
ergo hoc maxime jus civile in illâ par-
te injustitię arguit. Non enim quadrat
argumentum; quoniam Proceres no-
ſti plurima pro temporum, locorum,
personarum, aliarumque rerum & cir-
cumstantiarum exigentiā, præter vel
etiam contra jus Civile constituerunt.
Nec eo minus iustum manet constitu-
tum *Juris Civilis*, ex recepto Theo-
logorum & J. Ctorum assensu, supra
lib. 2. tit. 3. Ubi ex Augustino inter cæ-
tera retulimus unumquodque tum de-
mum fore iustum, si sit pro tempo-
rum varietate, in eaque circumstan-
ciarum ratione diversum. Nec bene

L 3 quispiam

quispiam Philosophatur , hoc iustum
est iure nostro consuetudinario , sed
contra ius civile constitutum , ergo
alterutrum iniustitiae recte arguitur:
Quoniam utrumque iustum esse po-
test , utriusque ratione habitâ. Imo
vero duo quæ eodem iure contraria
videntur eodem iure iusta sunt , sed
diverso respectu , ut supra lib.2. tit.ult.
ostendimus. Sapiens igitur erit , judice
Platone in Diæto , ea , quæ mala vi-
dentur , efficere ut bona non vide-
antur tantum , sed revera sint. Illi
etenim videtur in dialogo de iusto , si
singula fiant ut oportet , & oportunè
iusta esse , sin minus iniusta. atque id
quidem est , quod rem ipsam attinet.
Cæterum minori negotio Vsucapio
iuris civilis ratione mutati temporis
ab iniustitiâ vindicatur ; dum muta-
tio temporis , quâ demum considera-
tione fiat , nihil mutet de natura rei:
semper enim eadem est Vsucapio , sem-
per eadem exceptio , semper eadem
præscriptio. Quæ ratio fuit ob quam
j. Cts in definitione Vsucaptionis
temporis solummodo meminerit , non
verò certi temporis ; ratus , quod dixi-
mus ,

TITULUS QUINTUS. 247

mus, tempcris varietatem nec augere ,
nec diminuere naturam rei.

12. Porro quod dicitur tēpus nō esse
modum introducēdæ vel tollendæ ob-
ligationis ex *l. obligationum fere. 44. §. I.*
D. de O. & A. nullum plane usum ha-
bet adversus Vſucaptionis legitimū
tempus ; Quia tempus quidem per se
non est modus introducēdæ vel tol-
lendæ obligationis, at si legis autho-
ritas , si Principum rationalis volun-
tas , si ipsius temporis necessitas , si
rerum exigentia , si denique partium
consensus accedat , omnino. Neque
ideo dici potest , ut quidam male op-
inantur , per legem Vſucaptionis im-
probato more viam aperiri ad id quod
expedit , at econtra rectius pro-
bato modo observari id , quod u-
tile simul & honestum est . Neque
enim remedium ex Vſucapione Pr̄-
scriptionis bonum tantum est ob uti-
litatem, sed simul æquum ob honesta-
tem , & utrobique justum ob huma-
nam necessitatem. Quemadmodum ad
nauseam usque demonstrasse nos pu-
tamus.

13. At quonam id quod à JUSTI-
L 4 NIANO

NIANO præsidium Prescriptionis vocetur impium. *Novell. 9. vers. neque iniquis hominibus.* Cuiacius in tractatu de *præscript.* Cap. 21. refert ex Suda in Prisco Emeseno hanc constitutionem importunitate vel questoribus per pecuniam corruptis extortam esse, eoque cum tractu temporis vulnera ejus aperta essent ab eodem Iustiniano corrætam esse. *Novell. 111. & Novell. 131. §. pro temporal.* Neque id nobis videtur à vero alienum ; cum nec ipse Imperator id dissimulet , sed postremi suis constitutionibus homines illos iniquos satis perstringat , qui multa negotia commoverant aliena possidentes & retinere volentes religionis pretestu. Quocirca non videmus Impium remedium aliter intelligi posse , quam de malæfidei possessoribus , quibus iniqüitas jure meritoque adscribitur. Sic ante nos Imola respondit. *Cap. fin. extra de Præscript.* Itemque Arius Pinellus in *Auth. tricennale. Cod. de bon. matern.* Quam interpretationem ipsissima Constitutionis verba satis evincunt. In iis enim mentio fit de iniquis hominibus , qui profecto bonæfidei possessores dici nequeunt.

queunt. Deinde de impiâ temporis allegatione, quod etiâ bona fidei possessoribus attribui incôveniens esset: illi nāq; se defendunt legitimi, hoc est, ab ipsa lege & Imperatore præscripti temporis allegatione; coque honestâ ac piâ; honestum enim ac pium est legibus obtemperare, iis presertim, quæ bonum publicum & communem omnium salutem ubique circumferunt: quæ illæ, quæ profus capionibus ac longi temporis Fræscriptionibus introductæ sunt.

L 5 TITUS

TITULUS SEXTUS.

De Foro conscientiae, sive red-
datne lex Vscaptionis hominem
tranquillum in con-
scientia.

1. Legem Vscaptionis hominem tranquil-
lum reddere in utroque foro.
2. Eum qui legitime uscepit nec ante nec
post adimpletam Vscaptionem in malâ
fide versari, licet e*c.*
3. Non urgeri à Deo, defendi in utroque foro
à Pontifice e*r.* Imperatore.
4. Frivola Rosella distinctio inter Theolo-
gos e*r.* Iuris Canonici Doctores, quoad
determinationem casuum conscientiae.
5. Non dari à Theologis denuntiationem
Euangelicam, si post adimpletam
legitimè Vscaptionem constet de re
alienâ.
6. Qua ratione à Furto liber sit, qui usu-
cepit.
7. Quemadmodum bonorum dominatorum
justa possessio est, ita esse rerum per
Vscaptionem adjectarum.
8. Negligentem dominum absque furti crô-
mine

*mīne non posse rem, quam passus est u-
ſucapi, ad ſe transferre ſeu vi, ſeu clam,
ſeu compensatione facta.*

1. **A**T Nihilominus quibusdam vi-
detur legem Vſucaptionis nul-
lo modo legem dicendam esse ex
eo, quod (licet eā intentione lata
fit, ut certa eſſent rerum dominia, ut
litium finis statuatur & ut negligentia
dominorum puniatur) nequaquā red-
dat animum Possessoris tranquillum, ſi
poſt adimpletam licet bonā fide Vſu-
cationem certa ſcientia rei alienae ſu-
pervenerit. Sic quondam Alciatus in
libello de quinque pedum præſcrip-
tione, & pauci quidam aduersus com-
munem ſcholam existimarunt, non eſſe
tutum in conscientia, qui poſt præ-
ſcriptionem legitime completam pri-
mum comperit rem fuſſe alienam.
Vnde alii rem in foro conscientię,
alii in utroque restituendam eſſe ſuſti-
nuere. Nos in neutrō restituendam eſſe
ſemper arbitrati ſamus ; Quoniam
lex Vſucaptionis animum Possessoris
etiam in conscientię foro tranquillum
redit.

2. Etenim verissimum quidem est
in foro conscientiae possessorem qui
novit aliena se possidere omnino ad
restitutionem teneri. arg. cap. cum tu.
de Usuris. ex cap. peccatum. de R. I. in 6.
quia nempe in malâ fide versatur, & ea
quæ bonâ fide & conscientiâ non sunt
Deo placere non possunt. Cap. 14. vers.
23. ad Roman. At is qui legitime Usu-
cepit nec ante Usucapiorem adimple-
tam, nec post eam in malâ fide ver-
satur: Non antè, quia bonâ fide, &
syncerâ & illæsa conscientiâ Usucepit;
id enim juxta legem Usucaptionis re-
quisitur *supra* hic. tit. 1. Non post eam,
quia tum demam rem revera retinet
ac conservat animo & contemplatio-
ne domini. Nec facti sed veri. Etenim
ob negligentiam Dominus dominii
jure cecidit, & ob ea quæ super enu-
meravimus possessori dominium per
legem adjectum est. Quocirca non
benebitur rem restituere, etiam non in
conscientiaz foro, quia res non amplius
aliena sed propria est authoritate juris.
Panormiti in cap. vigilanti. num. 6. de pre-
script, post plurimos ibidem relatos, &
refutataam Alani distinctionem inter
causam

causam lucrativam & non lucrativam. Quamobrem hic locum habebit regula nostra. *I. 55. D. de R. I. sc. neminem videri dolo facere, qui suo jure utitur.* Neque etiam vim videri facere eum, qui suo jure utitur. *L. 55. f. 1. D. eod. & præsertim id quod Augustinus ad Macedonium aliquando scripsit, nimis hoc certa alienum non est, quod jure possideatur.* *Hoc autem jure, quod juste, & hoc juste, quod bene.* Omne igitur quod male possidetur alienum est. Nec vero male possidere aut in malâ fide versari dici potest, nec per consequens inquietus est in conscientiâ, qui judicio divino ac recta ratione ianititur, *arg. cap. qui peccat. 23. quest. 4.*

3. Quocirca non etiam urget possessorem Deus, Judex interioris fori, quum nullum sit peccatum. Vnde consequens est, Judices utriusque fori hic inter se convenire, quod Couarruvias *tom. I. select. Cap. professor de R. I. in 6, part. 3. f. 2.* His verbis confirmat si vera foret, inquit, prior opinio, sequeretur comperta veritate rei posse judicem interioris fori & judicem exteriorem contraria pronunciarie, & utrumque juste; quod adeo absurdum

domest, ut quivis mediocri præditus erudi-
tione hoc minime posse contingere palam te-
stetur, & quæ porro ibidem conse-
quuntur. Ridentur idcirco juris Ca-
nonici periti, & adversæ opinionis
doctores à Panormitano in *Cap. vigilanti. num. 6. de prescript.* cum nulla ei ra-
tio videatur sufficiens, ob quam tene-
retur quis restituere rem, quam usuce-
pit: ne quidem in conscientiæ foro,
in quo à Pontifice & Imperatore ju-
stissime defenditur, ut ibidem plurius
astruit, ut & in *Cap. quoniam. 20. num. 27. de prescript.* statuit, nullo jure aut divi-
no aut humano quæmpiam teneri ad
restitutionem rei, si post præscriptio-
nem superveniat scientia rei alienæ.

4. Quare non immerito rejecta est
sententia Antonii in d. *Cap. vigilanti. de prescript.* Qui dicebat se tenere senten-
tiā Theologorum, nimirum leges
præscriptionis solum locum habere in
foro fori, non secundum conscienti-
am: cui affine id quod Rosella reli-
quit in verbo *Prescript. o. num. 14.* rem
per Præscriptionem acquisitam secun-
dum Theologos esse restituendam,
non secundum Canonici juris peritos.

Quasi

Quasi vero dissimile quid respondere possent in definiendis conscientiæ casibus. Doctores & Theologi pro nostra opinione longe lateque citantur ab Azorio *Instit. moral. part. 3. lib. 1. cap. 16.* & Fachineo *Controv. lib. 1. cent. 64.* quorum catalogū, qui utrobique videri potest, brevitatis causa omittimus.

5. Quinvero postadimplētā legitime Usuēaptionē Theologi nequidē denaniationē Euangelicam admittunt contra præscribentem, etiamsi jam certò constet rem alterius fuisse. Quod late Dd. tradunt in *Cap. novit. de Iudic.* ubi Decius omnium optime, *num. 11.* & ipse Balbus *de prescript. 2. part. 3. part. prim. quest. 10. nam. 3.* videlicet cessante peccato authore Panormitanō in *cap. fin. num. 26. et 27.*

6. Facili igitur negotio à furto defenditur qui legitime uscepit, quia Furtum absq; affectu furandi non committitur *L furtum. 37. D. de furt. §. Item. 5. Inst. de Vincap.* ut nec ullum delictum, sublato enim dolo delictum tollitur *§. penult. 18. Inst. de obligat. quæ ex delict.* Dolus autem, qui in affectu consistit, caret, quicunque legitime uscepit.

Non

256. LIBERTIUS
Non enim contrectavit fraudelenter rem alienam lucri faciendi gratia invito domino : Quæ omnia requiruntur, ut quispiam furti crimine afficiatur. *§. 1. Inst. ex l. 2. §. ult. D. de furt.* Jam vero tantum abest, ut hæc omnia in Usucapiente concurrent, ut ne unum eorum ei adscribi queat. Non enim contrectavit, qui justo titulo acquisivit. Non fraudulenter, qui bona ac sincera fide. Non rem alienam, qui ab eo, quem dominum revera putabat. Non lucrifaciendi gratia, qui justo pretio, vel alia justa ratione. Non invito Domino qui consentiente & volente, ut *supra tit. 4. num. 3.* Atque his quidem in mobilibus defenditur à furto, & in immobilibus ab omni delicto. Nam nemo prædo est qui pretium numeravit, ex sententia Ulpiani in *l. 1. 2. 6. D. de R. I. ex in l. 2. princ. D. de vi bonor. captor.* apposite Prætor ait. Si cuī dolo malo, hominibus coactis damni quid factum esse dicetur, sive cujus bona raptæ esse dicentur, in eum qui id fecisse dicetur, iudicium dabo. Non igitur judicium dabit in eum qui nec dolo nec vi quicquam fecit.

Z. At

7. At quemadmodum bonorum
damnatorum iusta possessio est , quia
Possessor causam habet à Fisco juste
privante , ita etiam rerum per Usuca-
pionem acquisitarum , quia possessor
causam habet à lege justè privante. E-
animvero nullum in Universo crimen
majoris considerationis est, ac conse-
quentiæ ; atque ideo nullius criminis
reus justius re suâ privatur , ac is qui
patitur rem suam Usucapi. Ideoque
nec claudicat, nostrō quidem iudicio,
Connani hac de re sententia. *Comment.*
lib. i. cap. 7. num. ult. Cujus verba, refere-
mus, ut nostris parcamus. Lex, inquit,
quæ certis rebus vestigial impónit , &
hoc nisi publice persolvatur , res com-
mitti voluit : re aufert à justo domino,
qui in solvendo vestigali fuit aut ne-
gligens, aut contumax: & iuste quidem
aufert. Nam cum lex vestigalis consti-
tuta est, etiam ius naturæ corroborá-
vit, quæ vult ut obligemur patriis le-
gibus : & eas qui contempserit , ut
pena legitimā teneatur. Simili mo-
do in Usucapione & Præscriptione
dicendum est , quia bono publico
inductum est, ut non plus biennio aut
decennio

decennio licet res suas negligere & deserere , qui securus fecisset, rei negligētē damno multaretur. Lex dura quidem sed tamen non iniqua. Nec enim potuit , ut dominorum in rebus suis conservandis excitaret diligentiam , aut melius quicquam aut aptius facere , quam si earum amittendarum metum ipsis iniecerit : quod fecit , in eoque jus naturae non violavit , sed auxit.

8. Hinc fit, ut tantum absit, ut furti recte arguatur , qui usuccepit , ut ipse prior dominus adimpletā legitimè Usucapione non queat absque lēsione conscientiae & furti crimine rem usucaptam seu vi seu clam seu compensatione facta ad se transferre ; quia amplius dominus non est , sed is qui usuccepit. ita egregie Alphonsus à Castro docet lib.2.Cap.5.de potestat.leg.p&n.

TITU-

TITULUS SEPTIMUS

Nom per jus Canonicum corre-
ctio juris civilis contigerit, quoad
malam fidem ante adim-
pletam Usucapio-
nem.

1. *De jure Civili & que, ac de jure Canonica, bonam fidem requiri in initio, medio, ac fine Usucaptionis: unico casu excepto, nimirum successoris universalis.*
2. *Rationes specialis exceptionis, ex necessaria excusationis in successore universalis.*
3. *Excepto dicto casu in ceteris etiam de jure Civili bonam fidem ad ultimum usque momentum requiri.*
4. *Confirmatio ex absurdo consequenti.*
5. *Possessori ab initio bona, at postmodum male-fidei non patrocinari rationes introducenda Usucaptionis.*
6. *Quidnam unicuique faciendum, qui non verit aliena se possidere, ut tutus sic coram Deo in foro Poli!*
7. *Quemadmodum quisque tutus sit coram iudice seculari in foro furi.*

8. *Ius Civile correctione juris Canonici non in digere, neque hic, nequeullo casu, ne quidem in foro conscientie.*

1. **O**perē pretium videtur, cū de scientiā rei alienę post adimpletā legitime Usucaptionem diximus, Insuper inquirere, quid de mala fide superveniente ante adimpletam Usucaptionem dicendum sit. Quem casum quidam interpres de iure Canonico melius, ac de jure civili decisum existimant, atque adeo correctionem Juris Civilis per ius Canonicum hic instituunt. Quasi iure Canonico in initio, medio, ac fine Usucaptionis bona fides requiratur iuxta Cap. fin. Cap. si diligenti. de prescript. cap. possessor. de R.I.in 6. Jure autem civili in initio quidem, at non in medio, ac fine. Namque sententiam de Jure Civili affirmant per §. dictina. Inst. de Usucaption. l.2. §. si defunctus. D. pro Empt. l. cum heres. 11. D. divers temp. Prescript. ac denique l. unio. Cod. de Usucaption. transformand. At nobis contra omnes, qui unquam de hoc casu scripsierunt, contrarium omnino videtur; Quoniam il-

hi quidem omnes præter leges ac rationes iudicasse nobis videntur, atque ex decisione particularis casus contra ius generaliter omnibus decisionem imposuisse. Loquuntur enim præfatæ leges de uso eodemque casu particulari non à Juri Civili tantum, sed etiam à iure Canonico excepto; videlicet de successore universalis, cuius superveniens mala fides excusatur ne noceat Usucaptioni per predecessorem bonâ fide ceptæ: Cæteris vero casibus omnino, semper, & ubique continuata bona fides ad ultimum usque momentum præscripti temporis requiritur de Jure Civili eque, ac de Jure Canonico.

2. At vero pro successore universalis rationes specialis exceptionis atque excusationis hæ sunt: Nimirum, quod etiamsi hæres hæreditatē non adiisset, hæreditas tamen Usucaptionem adimpleret. Arg.l.nunquam. 31. §. vacuum. 5 D. Vscap. ratio vero rationis est, quia hæreditas defuncti personam, ac proinde etiam bonam ejus fidem sustinet. Arg.l. 31. §. ult. D. de heredib. Instit. Sic pari ite hæres, cum eadē cum defuncto persona censeatur, eiusdē iuris successor est,

est, & cum ejus personam in omnibus repræsentet, bonam etiam Antecessoris fidem repræsentare intelligitur, vel etiam malam, si qua fuerit, licet ipse bonam habuerit. *Arg.l.cum hæres. 11. D.de divers. temp. præscript.* Qua de causa Menochius *Consil. 231. num. 42.* respondebat præscriptionem ob defuncti malam fidem non posse incipere à personâ hæredum, post Balbum, & Tiraquellum ibidem allegatos, afferentes hanc esse communem opinionem. Et ne quis dubitet jure Canonico secus constitutum esse, consulat Panormitanum in *Cap. si diligenti. 17. num. 30.* Ubi eandem sententiam etiam de jure Canonico pro nobis astruit. Id quod solum nostram sententiam confirmare posset, sed & hæc insuper utriusque juris ratio dari potest: vid. quod lex in dominio adjiciendo non tam respicit fidem successoris, quam negligenteriam domini in detrimentum reip. deserentis rem suam. Probè quidem ex parte dominium adjacentis, sed quâ ratione conscientia salvabitur ex parte hæredis dominium acquirentis? Certe dicendum est, quod licet ex parte suâ

suâ conscientiam habeat rei alienæ, eam habere non censeatur ob bonam fidem antecessoris, negligentiam domini, atque utilitatem ac necessitatem publicam; Cui natura ac recta ratio, ac per consequens ipse Deus utriusque author nos prinos atque obedientes finxit: Demum & hoc dici potest, hoc casu hæredem vel ex solâ voluntate legis, seu legem vice summæ potestatis ferentis, in conscientiâ tutum esse, si non alio ex suâ parte, saltem donationis titulo ex parte summæ potestatis, Cui res per tempus ac modum à negligentे domino deserta justissime cessit, & jam possessori eadem æquitate conceditur.

3. Atque ita quidem successoris, & quidem universalis superveniens mala fides nec jure civili, nec Canonico præjudicat bonæ fidei prædecessoris: Unico autem illo casu excepto in cæteris omnibus continuatio bonæ fidei etiam de jure civili ad ultimum usque momentum requiritur, tam in personâ antecessoris, quam successoris cujuscumq; singularis. De antecessore expressum est illud in l. sed & 2 s. §. de eo. s. D. de
hered.

hered. petit. Parvi referre ab initio quis in hereditate male versatus sit , an postea hoc facere inceperit : Nec multum interesse injustè detinere vel invadere alienum. *Panormit. in Cap. quoniam. 26. num. 25. de prescript.* Accedit *L. juris gentium. 7. §. 11. D. de pact. de successore singulari procedit L. proemptore.* *2. §. 17. D. pro Empt.* Eoque necesse est, ut legitimum tempus ex suâ personâ computet , si prædecessor fuerit in malâ fide, si in bonâ fide , residuum adimpleat , sic voluit Justinianus in *I. 8. §. 1. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor.* Adimpleat diximus cum Imperatore, quoniam tempus per prædecessorem bonâ fide transactum prodest etiam successori singulari. *Arg. §. diutina. Inst. de Usucap. & I. 2. §. 30. D. pro Empt.* Adversus hęc , quæ de malâ fide superveniente in personâ Usucipientis diximus , nullam hactenus legem in jure nostro vidimus , quæ facit in contrarium: Nam quæ preter eas, quæ de successore universaliter loquuntur , à quibusdam opponuntur. *L. 3. l. 4. Cod. de prescript. 30. vel 40. annor.* Ne verbulum continent de malâ fide possessoris, ideoque

ideoque omnino bonam fidem præsupponunt, iuxta requisitum legitimæ Usucaptionis. Atque adeo exceptio successoris universalis secundum natu-ram suam confirmabit hic regulam in casibus nō exceptis, sive de antecessore ille sive de successore quocunque singulari opponantur.

4. Et sane si generatim contrarium de Jure Civili opinaremur, præter tex-tum inconsideratè impingeretur in præcepta iuris honeste vivere, alterum non tenere & suum cuique tribuere, L. i. §. iuris præcepta. D. de just. & jur. Deinde possessor ex malitiâ suâ luctum reportaret contra l. in fundo. D. de res vindic. cum tamen malitiis hominum, ut ibi dicitur, indulgendum non sit; Neque unquam indulgeatur si de iis constet. Lapsis enim non decipienti-bus subveniendum statuit. Arg. l. 2. & 3. Cod. si Min. se pro Major.

5. Neque hic quispiam dixerit male fidei possessori patrocinari ea, quæ supra pro Usucacione attulimus; Quoniam Usucapio, quæ bono fine inducta est, non patrocinatur, aut præsidium præstat impiis: Porro

cessat omnino bonum publicum cessa-
nte decoro & honesto. Nec utile
putandum est , quod non simul sit
honestum ; Non enim aliter iustum
esse potest , quemadmodum id *late Ci-
cero de Offic et nos supra lib. 2. tit. 4.*

6. At tamen negligentia domini &
rationes consequentiæ non cessant !
Imo verò cessabunt , si possessor ,
qui novit aliena se possidere , domi-
num certiorem faciat , & de Evictione
venditorem , aliumve à quo oneroso
titulo rem accepit iuxta leges sollici-
tet. Quod si venditor legitimè rem
usucepit , vel tempus prædecessoris
per successorem bonâ fide transactum
vel alioquin legitime adimpletum
fuerit , non restituetur res domino : sed
possessor antea malæ fidei , iam bonâ
conscientiâ dominus erit ; sin vero
non usucepit , Evictionis meritum
præstabit venditor. Quod si possessor
rem titulo lucrative acquisierit , omni-
no res domino restituenda est , si à
peccato se liberum velit possessor , nisi
antecessor rem usucepit , ut supra.
Atque ea quidem de foro conscientiæ
dicta sint , in quo Deus iudex est , in-
teriorum

teriora cognoscens , & quem nihil latet .

7. At in foro fori & exteriore, cum mala fides, sive inceperit, sive supervenerit, soli possessori cognita sit , & eius expressa probatio requiratur, tutus erit possessor: *Quoniam iudex exterioris fori de externis tantum iudicat, & quantum ei constat secundum acta & probata.* Arg.l. *illicitas.* 6. *¶. veritas.* 1. D. *de Offic. præfid.* De cæteris, quæ occulta sunt , & interna , solum Deum relinquit iudicem. *Cap. cognovit.*
 2. q. 5. Quocirca , quoniam semper bene de proximo sentiendum est, iuxta Dd. in *l. verius.* 21. D. *de probat.* bona fides semper præsumitur , nisi mala probetur. Wesenbecius nobiscum id existimat in *parat. b.t. num. 11. arg. l. penult. Cod. de Præscr. long. temp. l. verius. 21. de Probat.* Item Dynus. in *Cap. qui contra 82. in fin. de R. I. in 6.* Eadem ratione Imola ad *Cap. ult. de præscript.* in specie sustinuit , tamdiu unumquemque bonum præsumi donec contrarium probetur. Cui adiungi potest Panormitanus in *cap. sanctorum. 14. num. 3. de præscript.* ubi statuit bonam fidem in

dubio hic præsumi: & mala fides **ex** quibus coniecturis probetur *num. 4.* **Quod** si autem mala fides liquidò probetur, vel aliunde de ea constet, omnino etiā in foro & Jure Civili obstat, si supervenerit ante adimpletam Vſucaptionem.

8. Quæ cum ita sint non dicendum videtur cum cæteris ius civile hâc in parte iuris Canonici correctionem desiderare. **Quemadmodum** nec unquam, sive de foro fori, sive de foro Poli quæſtio moveatur. Dum in foro fori per se constet, & in foro Poli ad amissim iuris divini, quod sacris nostris continetur, dēducatur; sicut & ipsum ius Canonicum: Nam si quid contra S. Scripturam (quæ vere Canon est iuris divini) in iure Canonico reperiatur, ut tradititium & fictitium extermi-
nandum est.

TITU-

TITULUS OCTAVUS.

De Ignorantia in persona domini, & adversus eam restituzione in integrum.

1. Ignorantiam vel juris esse, vel facti. Facti vel proprij, vel alieni. Ignorantiam juris, ex facti proprii injustam ex non probabilem esse. Non impedire Vtūcpcionem. De eā intelligi quod dicitur in L. ult. in fine Cod. de Præscrip. long. temp.
2. Ignorantiam facti alieni justam & probabilem esse. Eam excusare à præscriptionis periculo.
3. Ob ignorantiam facti alieni non necessariam esse restitucionem in integrum. Merito jure tutis extraordinario remedio non subveniri.
4. In minoribus etiā juris, ex facti proprii ignorantiam probabilem esse. Nunquam eos restituzione indigere.
5. Agere non valenti non currere præscriptionem. Nec tempore Belli, nec alias juste impedito.
6. Casus probabilis ignorantiae facti alieni. In hisce locum habere quod dicitur, nullo

M 3 unquam

*unquam die de jure posse fieri justum,
quod vel centum annis injurium est.
Junge num. 4.*

7. Bonam fidem possidenti nihil prodeesse, ubi lex Viscaptionem inhibet.
8. Scientiam & patientiam domini ex communi assertione de necessitate requiri in omnis rei incorporalis, sive actionis, sive juris Præscriptione.
9. Generalis nostra assertio de jure Civili Romanorum, circa restitutionem in integrum adversus ignorantiam. junge num. 11. in fine.
10. Ex quoniam oriatur difficultas inter Dd. præsertim Pragmaticos, quoad decisionem hujus controversie.
11. Praxis quoad hanc controversiam.

REstat demum, ut suscepsum opus ad exitum debitè perducatur, sententiam nostram subjungere de restituitione in integrum adversus præscriptionem, ex capite & casu ignorantiae. Atenim verò quoniam hēc controversia diversimodè in Academiâ & foro ventilatur, videbimus primò quid in Academiâ de Jure Civili, & deinceps quid in Foro de praxi statuendum sit. **Quod ut**

TITULUS OCTAVUS. 271

ut felicius expediatur , explicandi breviter sunt juris termini , ne iis prætermisis perperam quid judicetur. Vindendum quippe quid per ignorantiam hic sit intelligendum. Unde manifestum erit prefatam controversiam de jure civili Romanorum meritò omissam esse , atque eadem operâ inutiliter circa eam tantas pugnas quæri in foro , & ab iis , qui rudi minervâ jus Civile Romanorum , juris nempe fundatum , & Theoriam percurrunt.

1. Nos igitur quoad ignorantiam censemus , eā esse vel juris vel facti . Facti verò vel proprii vel alieni . Deinde ignorantiam juris injustam ac non Probabilem esse Arg.l.12.Cod. et Passim Dd. in ll. D. et Cod.de jur. et fact. Ignor. Quemadmodum etiam facti proprii , quoniam non ignoramus vel saltem non ignorare debemus ea , quæ ipsimet egimus . Facti denique alieni ignorantiam eam esse , quæ vulgò justa & probabilis dicitur . Arg.l.42. D. de R.I. et in terminis in l.fin.in fine.D.pro suo. Quibus ita positis , si à nobis quispiam quærat , quemadmodum circa eas præscriptio consideretur . Dicemus ignoran-

tiam (intellige semper & ubique , ne quis hallucinetur , in personâ domini) juris & facti proprii non obstare , quo minus præscriptio procedat : quoniam qui vel ius , vel factum proprium ignorat , non pro ignorante sed scientे , *L.leges.Cad.de legib.* atque adeo in terminis Usucaptionis pro negligente habetur . De hâc juris & facti proprii ignorantia intelligimus . quod dicitur in *L.ult.in fine.Cod.de præscript.long.temp.* Nam id ex aliis legibus , atque insuper ex naturâ legitimæ Usucaptionis necessariò , atque evidenter evincitur . Perpetuum autē est de iure legē per legē , ut mentē legislatoris assequamur , esse explicandam ; ne vid. retentis solum verbis legis mens eius subvertatur , atque adeo omnino vitandum esse , ne ex interpretatione absurdum consequatur . quod ita demum dignoscitur , si pars divini , rectæ rationis , & Juris Civilis pro subiecto Principia ritè respiciantur , & , quod caput rei est , bene applicentur . Inde expressum dicitur , quod subintelligitur , & quid subintelligitur , si non id , quod ex mente , ratione , principiis , atque adeo certis con-

TITULUS OCTAVUS. 273

conjecturis necessariò colligitur. Quod si vero quispiam in specie dictam l. ult. de justâ & probabili facti alieni ignorantia interpretaretur, Salvis verbis legis sententiam Imperatoris circumveniret, atque ita in fraudem legis faceret. Arg.l.contra 29. D. de ll. Quoniam fundamenta Usucaptionis & præscriptionis principia, quæ supra memorata, atque in præceptis divini æque ac humani juris confirmata sunt, subverteret. Etenim positâ justâ ac probabili facti alieni ignorantia, tollitur dominorum negligentia; atque eâ sublatâ dominorum incertitudo, rerum incuria, ac demum confusio frustra timentur: ad hęc color boni publici evanescit. Cessat insuper ratio explicandi consensus in alienationem. Nec considerationem meretur ratio minuendarum litium, quæ licet semper quidem minuendæ sint, ac honesta sit cogitatio ejus, qui lites exercratur, non tamen eum in modum ut justitia vel naturalis æquitas præjudicetur; quemadmodum hic contingere, cessante pro Usucapione omnis æquitatis, ac recte rationis argumento.

M 5

2. Alia

2. Alia igitur interpretatio convenit, nimirum ea, quæ probabiliter & juste factum alienum ignorantem excusat à prescriptionis periculo. Atque ea manifestè in ratione fundata est: Quippe in foro conscientiæ (de quâ semper & ubique in Usucaptionis terminis quæritur) perpetuum est, omnem ignorantiam, quæ excusat factum ne peccatum sit, excusare etiam poenam legis in utroque foro. Id obtinuit communi Dd. calculo *in Cap. 2. de Constit. arg. cap. Cum cessantis. de appell. accedit speciatim Castro. lib. 2. cap. 14. de leg. pan.* Ratio à priori manifesta est, quia lex imponit poenam ut poenam; sed ablata per justam & probabilem facti alieni ignorantiam culpâ, non habet locum poena, ut poena, con sequenter ea ignorantia excusat justè & probabiliter ignorantem à poena legis Usucaptionis. Huic conveniens est, quod Menochius respondit *Consil. 2 56. num. 6. vid. justè & probabiliter ignorantem non esse privandum re suâ, cum ei negligentia ascribi nec debeat nec possit. Quâ de causâ ea lex, quæ indebitum per justam ac probabilem ignorantiam*

rantiam solventi prodest. *L. 10. Cod. de
jur. ex fact. Ignor.* Domino quoque ex
eadem ignorantie causa, nostro qui-
dem judicio, prodesse debet: Dum
utrobique par ratio versetur; quoniam
nullius consensus in alienationem ex-
plicari commode potest, nec ullus
peccet, dum in errore versetur, qui in
alieni facti ignorantia tolerabilis est.

L. ult. in fine. D. pro suo. Adhac & aliud
argumentum infertur ex eo, quod pro-
babilis error usucapienti non obest.

L. ult. §. 1. D. pro suo. Et in specie facti
alieni prodest, *L. 4. D. de jur. ex fact. Ignor.*
Non igitur, imo vero multò minus
rei Domino justè & probabiliter fa-
ctum alienum ignorantis obesse debet,
dum de amissione dominii queritur,
quo omni jure gaudet, & de jure fa-
vorabili sit causa domini, & semper
benigniora præferantur. *L. semper. §. 6.*
D. de R. I.

3. Verum enim vero instabit for-
san aliquis, atque ex allegatis restitu-
tionem concedi cupiet, & Usucapio-
nem procedere. At male contra juris,
& æquitatis regulas. Frustra nempè sit
per plura, quod fieri potest per pau-

M. 6 ciora.

ciora. *Thomas de Thicm. Reg. 73. &c passim*
Dd. in utroque jure. Neque enim jus
nostrum, nedum in materiâ præscrip-
tionis, mero jure tutos extraordinario
remedio providendos sustinet. *Arg. l.*
16.D. de minor. Atque adeo semper in
causæ cognitione versatur, num forte
aliud remedium supersit citra in inte-
grum restitutionem *ibid.* Addè quod
semper etiam in terminis Usucaptionis
& præscriptionis placuerit, intacta po-
tius Domini jura conservare, quam post
vulneratam causam remedium quæ-
rere.

4. In minoribus id quidem mani-
festum, & expressum est, etiam in juris
ignorantia, que in ipsis æque ac facti
justa ac probabilis visa est. *L. 9. D. de*
Iur. & fact. ignor. Eam ob rem non cur-
rit in minori ætate tempus Præscrip-
tionis. *Imp. in l. 3. Cod. quib. non obi-.*
long. temp. prescript. Ac demum ex Con-
stitutione Imp. Justiniani, quæ extat
in *l. fin. Cod. in quib. caus. in integ. restit.*
necess. non est. Minores restitutione pla-
nè nō indigent, mero jure tuti sunt atq;
ideo ordinaria defensione & vindica-
tione rei gaudent. *Vid. in d. l. Bartolughi*
&c re-

TITULUS OCTAVUS. 277

et reliquos. In Majoribus res aliter se habet quoad juris & facti proprii ignorantiam: idque ex ejusdē Imp. Constitutione in *l. fin. in fine. Cod. de prescript. long. temp.* At verò quoad facti alieni iustam ac probabilem ignorantiam, cum ratio in minoribus probata perpetua sit etiam in minoribus. Arg. l. i. §. i. D. de jur. ex fact. ignor. Panorm. in cap. placuit. i. num. ult. de prescript. minime dubitamus maiores in subiecto casu mero etiam iure tutos renunciarē, cum, ut in d. l. i. dicitur, Non cesserit tempus præscriptionis. Sed quare (roget quis) non cessit tempus præscriptionis? nimirum quia in iuste & probabiliter ignorantem non cadit negligentia, ut nes ex Panorm. supra d. loco.

5. Deinde quia agere non valentia non currit Præscriptio, ita Menochius aliquando censuit, in *Consil. 207. num. 46. post gl. & Dl. in l. i. §. ult. Cod. de Annal. except.* Item Decius. *Consil. 445 num. 48. Curt. Jun. Consil. 181. Col. 2. Cravett. Consil. 116. num. 8.* Accedit non minoris authoritatis J. Cetus. Ant. Faber. in suo Codice lib. 6. tit. 23. definit. 9

278

ex in allegat. num. 3. Arg. d. l. 1. §. ult.
 Cod. de annal. except. auth. nisi tricennale.
 Cod. de bon. matern. l. in rebus 30. Cod. de jur.
 Dot. Gabriel. lib. 5. conclus. i 3. pertotum.
 de præscript. Quare autem non valent
 agere non currat præscriptio ratio-
 cuique in promptu est , quia ei negli-
 gentia ascribi nec debet nec potest.
 Inde venit , quod tempore belli nulla
 currat. Menochius. Consil. 265. num. 30.
 arg. cap. ex transmissa. ubi & Panormi-
 tanus. Colum. ult. de præscript. & post alios.
 Balbus in tract. de præscript. in 2. part. 6.
 part. in princ. num. 3. Afflictus etiam.
 decis. 50. num. 2. ex idem Menoch. Consil.
 898. num. 31. Pari iure & ratione præ-
 scriptio non currit adversus ignoran-
 tem sibi legatum relictum esse. Menoch.
 Consil. 653, num. 14. Nec enim currit
 adversus ignorantē sibi ius competere.
 Idem Consil. 726, num. 58. Cuius ratio-
 nis ratio fundamentalis est, quia nim-
 negligens dici nequit, qui ignorat ius
 sibi competere. Ibidem num. 60. Intelli-
 gatur id , cum factum alienum inter-
 cessit , ut sit facti alieni iusta , non
 proprii vel iuris non probabilis igno-
 rantia : quæ neutiquam excusat , nec

præ-

præscriptionem impedit, quia cum negligentia coniuncta est. Pari ratione obtinuit præscriptionem non curtere impedito, *Apud eundem Consil. 725, num. 18, & Consil. 1217, num. 2.* Ex eodem planè fundamento Basilius Imperator Imperii Orientis Junior Porphyrogeneta constitutionem edit iustam & que ac piam, ut si inopes potentiorum iniuriis oppressi fuerint, non repellantur quadraginta annorum præscriptione; neque ulla valere præscriptiones quæ iniuste & fraudulenter inductæ fuerint, *lib. I, jur. Orient. in Constit. 4, Basil. juncto titulo περὶ τασσα-εγκριτικῶν ἀποτίας.* Quod si autem nulla hisce casibus cucurrerit præscriptio, certe nemo de iure recte contendet restitutionem necessariam esse adversus eam, quæ nulla est, præscriptionem.

6 Si quis vero præter relatos alios insuper iustæ & probabilis ignorantiae casus facti alieni, atque in terminis nostris applicabiles, quæsicerit; non incommodè mutuabitur eos de facto alieno Usufructuarii, Usuarii, Emphiteu-

phiteutæ, Vasalli, Coloni, Inquilini, & similiū, qui aliis non sibi possident: Etenim Domino proprietatis facto suo, sive dolo sive culpa quid contigerit, non præiudicant: ne ex alienâ culpâ, vel malignitate alienum damnum emergat, licet longi, immo longissimi temporis spatium elapsum sit; Nam ut Imp. in l. 4, Cod. de acq. vel amittenda possessione. Præjudicium Domino, inquiunt, ex transmissi temporis injuriâ generari non potest. Hic igitur locum habebit, quod a Balbo male contra legitimam usurpationem adfertur, Nullo unquam die de jure fieri potest justum, quod vel centum annis injurium est, & huic simile à quodam allegatum, Tractus temporis justum fieri non potest, quod iniustum & contra naturalem aequitatem est: ex regulâ iuris, vid. quod ab initio vitiosum est, non potest tractus temporis convalescere, in l. 29, D. de R. I. Porro exemplum in terminis facti alieni, & excusatę in eo probabilis ignorantiae evidenter refert L. quamvis. 32. §, 1, D. de acquir. vel amitt. Possess. scilicet, Si conductor rem vendidit, ex eam ab emptore condusit; ex utrique mercedes prestitis.

TITULUS OCTAVUS. 281

præstítit, prior locator possessionem per conductorem rectissimè conservat. & recte. Sed emptor se iusto titulo, pretio, modo, tempore, bona fide, denique omni legitimo modo, & requisito rem acquisiuisse putabat? nil refert, non processit tamen Vsucapio deficiente principali requisito:

7 Ideoque bona fides, Justus titulus, possessio putativa, & continua-
tio eius præsumpta per tempus lege de-
finitum, quantum alias ad Vsucapio-
nem implendam sufficeret, nihil
prodest, quoniam lex Vsucaptionem
inhibet. Eodem redit quod Pompo-
nius in l. 24, princ. D. de Vsucap. Vxi lex
Vsucaptionem inhibet, inquit, bona fides
possidenti nihil prodest. Vid. Panorm. in
Cap. cum ex Officii, 16, num. 4, de Præscr.
Denique ne quis existimet hanc ex-
planationem à nobis absque authore
ad inventam esse (quamvis parum cura-
remus, modo ratione niteretur, à
qua vera authoritas cepit) quia penes
nullum omnino (quod sciamus) Juris
Civilis interpretem ea legitur, consulat
ille, præter notas Gothofredi ad d. l.
ult. in fin. Egregium Abbatem in cap.

vigi-

vigilanti, num. 3, & 4, de *præscript.* Qui non parum confirmat ea quæ ad d.l. ult. in fin. supra diximus: his verbis, addo tamen ad *prædicta unum notabile dictum*, quod *præscriptio*, & quæ porro ibidem consequuntur. Quamvis circa restitutionem diversum statuamus: Quod inter doctores nō raro cōtingit,

8 Minori negotio nos liberabimus à suspicione inconsideratæ opinionis, cum eandem fermè sententiam in 30 vel 40 annorum Proscriptionibus aliquando sustinuerimus. Quandoquidem omnes iuris Doctores unanimiter existimant in omni rei incorporalis, sive iuris, sive actionis *præscriptione*, qualis 30 vel 40 annorū est, requiri de necessitate ut currat, ut procedat, ut adimplatur, non scientiam solum, sed & patientiam domini. Text. in l. si à te emero. D. si servit. vindic. arg. l. 2. Cod. de servit, & aqu. Bart. in l. si publicanus, §. ult. num. 3, D. de Publican. & in l. 1, §. demum. D. de aqua. & pluv. arcend. deinceps in Consil. 155. utrum Iurisd. & Consil. 173. queritur utrum, lib. 1, Alexand. Consil. 16. num. 13. & 18. & Consil. 14. num. 16. adde Felin. in Cap. cum contingat, num. 3, in fine & num. 6, de

6, de foro compet. Qui omnes affirmant requiri scientiam Domini qui impedi-
re & prohibere potest, accedunt Ripa,
*in cap. cum ecclesia num. 64, de causa poss. et
propr. & D. Couvarruvias, in Cap. possessor,*
part. 2 in princ. num. 8, de R. I. in sexto, qui pluribus (ut solet) confirmat hanc esse communem opinionem, atque adver-
sus impugnatores variis disputat. Nos quoad hasce præscriptiones eandem sententiam amplectimur ex iisdem rationibus, legibus, & argumentis supra allegatis, atque hic speciatim ex L. 3,
*in fine. Cod. de præscript. 30, vel 40, anno-
rum.* Ubi Imp. expressè de ignorantia
juris, etiam si, inquiunt, se legis ignorantia
excusare tentaverint: quum perpetuum sit de jure, *unius inclusionem esse exclusio-
nem alterius*: eoque excludi ignorantiam facti alieni probabilem, cum includatur juris, atque ea quæ pari passu cum eâ ambulat, & pari jure censetur.

9 Generalis igitur nostra assertio est & quidem de Jure Civili Romano-
rum, Ignorantiam facti alieni iustam ac probabilem impedire Usucaptionem & Præscriptionem ne currat, ne proce-
dat, ne adimpleatur. Deinde, in nulla omnino

omnino lege adversus eam, quæ de fa-
cto citra ius processit, restitutionem
in integrum requiri, sed dominos mero
iure tutos esse: ac demum non etiam
dari restitutionem in integrum adver-
sus eam quæ de iure cucurrit, processit,
adimpta est, quia neutiquā id voluit
Imperator noster. Cui rei argumento
esse potest constitutio eius in *L. ult. in
fin. Crd. de prescript. long. temp. 10 vel 20 annor.* Atque hæc quidem quoad Theori-
am, ac ius Civile Romanorū dicta sint.

10. Quod praxin attinet, quæstio
præter meritum gravis & ardua vide-
tur. Adhæc tam confusè penes Dd.
præsertim practicos tractata est, ut
Couvarruvias, qui utriusque partis Dd.
catalogum concessit, confiteri debu-
erit, rem hanc dubiam esse admodum, tam
quoad conclusionis veritatem, quam quoad
Authorum Catalogum, ex quo possit deduci,
qua sit in hæc controversiâ magis communis
opinio. Tom. I. relect. cap. possessor. de R. I. in
sesto, part. 3, § 3, num. 2, in fin. At mi-
rum non est, si quid nobis credatur,
nihil ab iis certi quicquam constitui
posse, & rem dubiam esse iis, qui sta-
tum controversiæ contra naturam U-

sua-

TITULUS OCTAVUS. 285

sucaptionis seu præscriptionis, & Juris Civilis circa eas dogmata posuerunt. Quærunt enim nū Majoribus 25 annis restitutio competat ex capite justæ & probabilis ignorantiae ; idem enim est ac si quererent , num de jure restitutio competit adversus negotiū quod ipso jure nullum est, ex eo ipso capite ex quo ipso iure nullū est : Ac querendum rectius sit, si justæ ac probabilis ignorantiae causa subsit , num Majores 25 annis ex eo capite restitutione indigeant, nec ne. Quippe si ignorantia justa & probabilis hic intelligatur, quę debet, & quę passim in jure explicatur, ob eam nullum cucurrit, Usucaptionis seu præscriptionis tempus : quia nulla intercessit negligentia, in quā ratio principalis consistit, & finalis determinatur , ne in cōsequentiam necessariam in malum & peniciem societatis publicæ emergerent , quæcunque hactenus commemorata sunt. Quocirca majores 25 annis nulla indigent restitutione in integrum , ex vulgari dogmate, quod de necessitate privationis habatum desiderat.

ii Nihilominus tamen Praxin allegat

legat quidam, at ille praxin nostram non bene retinuit, si didicerit: dum putat in foro nostro ex justâ & probabili facti alieni ignorantia adversus prescriptionem, (scil. quæ de facto processit) restitutionem dari. At verò non ita se praxis habet: sed prout in omnibus negotiis ipso jure nullis per libellum petitur restitutio in integrum voor *soeke van noode sy*, & tum plerumque sententia continet hæc verba, *gelet op de requeste Civil, derwelcke den Impetrant, ofte Requirant niet vā noode hadde, nimirum si negotium de iure non constiterit, & tamen superflua eius rescissio petita sit. Qua de causa in terminis nostris (inhibitâ de iure Prescriptione) nullius etiam effectus est libellus, quo adversus eam, quæ de iure nulla est, restitutio in integrum petita est, non aliunde quam ex vulgari dogmate practico abundans cautela non nocet. Cæterum frustra precibus impetratur, quod jure communis conceditur. Ideoque ita censemus, Posse Dominum, si, dum iustè & probabiliter factum alienum ignoraret, tempus elapsum sit, quantum alias ad implendam legitimè Usucacionem sufficit,*

sufficit , rei vindicatione in Judicio experiri. Nec timere exceptionem, vid. Præscriptionem, quoniam omnino in iure non est fundata, ut supra. Quod si verò facti proprii, vel iuris ignorantiâ laborarit, recte facturum existimamus ; si nihilo minus restitucionem in integrum petat. Nam, si ex meritis causæ ita visum fuerit, Senatus restitucionem concedet , ex Edicto Prætoris in l. I, D. de in integr. restitut. maj. 25. annorum. Si qua alia iusta causa mihi videbitur, in integrum restituam. Et vera erit restitutio : Ac iusta , si ob iustam causam. Ex eâdem clausulâ Ecclesia restituit in integrum adversus Præscriptionem iuris & de iure , ut aliquando respondit Menochius. Consil. 726, num. 36, post Ruinum & Jacobinum ibidem allegator, adde Sforciā Oddo quest. 36, art. 1, de restitut. in integr. Verum ut ostendimus in terminis Usucaptionis & Prescriptio- nis præter, né dicamus cōtra, Jus Civi- le Romanorū. Neq; enim ulla lex, ulla constitutio, decretum, aut rescriptum, in contrarium demonstrabitur , quo restitutio in integrum adversus præ- scriptio- nē, quæ de iure processit, atque adim-

adimpleta est, datur; vel adversus eam, quæ præter jus de facto cucurrit, necessaria est. Demum queri a nobis hic posset ab accuratioribus, & recte, quænam ea justa causa sit, quæ ex injustâ facti proprii, & non probabili juris ignorantia elici posset, quæ permoveat judicem, ut iis casibus restitutionem concedat? Sed sciant illi ipsas juris & facti proprii ignorantias, ex circumstantiis personarum, locorum, temporum, aliarumque rerum maximoperè inter se differre, atque adeo considerationem efflagitare. quemadmodum laudatissimi Scriptores de juris & facti ignorantia demonstrant: ad quos & omnes & singulos nobiscum remittimus, ut non nihil imposterum de juris & facti ignorantia fusius agamus.

F I N I S.

S E R I E S
Titulorum & Summariorum.

L I B R I P R I M I L
TITULUS PRIMUS.

Quid Justum sit.

- | | |
|---|---|
| 1. <i>Fundat̄ origo ejus quod justum est.</i> Fol. 1 | |
| 2. <i>Quid sit justum.</i> | 3 |
| 3. <i>Partes bona & aqua. Principio nature,
et precepta rationis.</i> | 5 |
| 4. <i>Natura et rationis finis.</i> | 6 |
| 5. <i>Hinc demum Ius Naturale et Ratio-
nale.</i> | 7 |

TITULUS SECUNDUS.

De Jure Naturali I.Ctorum.

- | | |
|---|----|
| 1. <i>Quid sit Ius Naturale.</i> | 8 |
| 2. <i>An I.Cti ex animalium a libis operantur
id quod justum est.</i> | 10 |
| 3. <i>Principia naturae homini cum Brutis
communia. Ex a libis et exemplis
id constare.</i> | 11 |
| 4. <i>Laur. Valle. aliquamque de jure naturali
opinio.</i> | 14 |
| 5. <i>Agorundam I.Ctorum distinctiones Iuris
natu-</i> | |

N

natu-

INDEX.

- naturalis sed minus congrua. 19
6. Vindicatur Ius naturale à Pythagoreo-
rum sententia. 22
7. Qua ratione homo in terminis naturali-
bus consideretur. ibid.
8. Confirmatio demum ex Platone ex Sua-
re. 23

TITVLVS TERTIVS.

De Jure Naturali Rationali..

1. Quid sit Ius Naturale Rationale. 25
2. Confirmari à naturali ratione homi-
num. 26
3. Duplex vivendi modus ratione duplicitis
legis. 28
4. Generationis & regenerationis condicio
statusque. 30
5. Duo summa capita Iuris Naturalis ra-
tionalis. Principia fidei moralia. Præ-
cepta rationis naturaliter insita, &
universalia. 31
6. Fundamentum eius quod iustum est. 34
7. In quibus consistat contributio naturalis
rationalis ; ex circa eam Gentium
cognitio, ex par obligatio. 35
8. Quatenus ea que S. Scriptura continen-
tur ad hoc Ius referantur, ex qua ra-
tions

INDEX.

- tione eorum perpetuitas demonstretur,
et Decalogos recipiatur. 37
9. Principia alia aliis esse notiora. In uno
homine plura esse precepta, sed ex om-
nibus unum compoti jus, de quo agi-
mus. 40
10. Quamobrem S. Scriptura opus fuerit,
licet precepta moralia sunt naturaliter
insta. 42
11. Que ratione Ceterae Gentes id quod ju-
stum est cognoscant, et faciant, sin-
minus sub reatu tamen mortis pec-
cent. 43

TITULUS QUARTUS.

De Jure Gentium.

1. Iura humana quatenus justa, necessaria
esse. Alios ac diversos fures habere,
quam divina. 43
2. Iura humana vel Gentium esse vel Civi-
lia. 47
3. Quid sit Ius Gentium. 48
4. Differentia essentiales inter jus Gentium
et Ius naturale rationale. 50
5. Iurisgentium duo summa Capita et Ca-
pitum Ordo. 52

INDEX

TITULUS QUINTUS.

De Rerum dominio, Appropriatione, discretione, & acquirendi modis ex Jure Gentium.

1. Dominium ex quo iure profluxerit. 55
2. Appropriatio naturalis per occupacionem. 52
3. Communio Prima. Quid id quod dicatur, iure naturali omnia esse communia. 59
4. Prima distinctio familiarum ex rerum per occupatiorem. 61
5. Status rerum naturalis post occupationem primeam. Quale jus retinenda ac defendenda preoccupatum. Hinc fursum naturali iure prohibitum. 63
6. Appropriatio rerum ex jure Gentium. Dominiorum discretionis. Origio Primae capit. RES DIVIDER E. 65
7. Meum & Tuum, sivecumque effectus, sive necessitas. origo. 68
8. Divisionem Iuris gentium concordie humana non refutari. 70
9. Resp. Platonis. Laconica Communio. 72
10. Quare modo acquirendi, transferendi, et
cont-

I N D E X.

*conservandi dominii instituti, ex communi
fremat fuerint.* 73

T I T U L U S . S E X T U S .

De Punitiōne Sontium ex Jure Gentium, ejusque requisitis & Partibus.

1. Origo ex Necessitate secundi capituli propter NI R E S O N T E S.	76
2. Iuris puniendo sentes ortus, fundamen- tum, certa ac determinata forma. ibid.	
3. Summa Postulas ad Ius Gentium refer- tur.	80
* De Iure Gladij.	84
4. Bellum ad Ius Gentium referuntur.	86
5. Cur Bellum Iustum sit?	87
6. Quale Bellum Iustum sit?	90
7. Iura quedam Iurisgentium Occasionē Bellū.	92
8. Servitutes ex Iure Gentium, an ex Qua- tenus Iusta?	93
9. Redemptiones Captivorum.	96
10. Manumissiones. Triplo exhortatio ex Iure Gentium.	97
11. Acquisitiones rerum ex bellis, et quatenus iusta.	ibid.
12. De Iure Postulantio.	99
N. 3	
	13. Ad.

INDEX.

13. Ad quem pertineant ea , que in bello
prede loco cedunt. 101

TITULUS SEPTIMUS.

- Qua de causa unumquodque ad Jus
Gentium referatur.

1. Explicatio L. omnes Pupuli. D. de Ius-
tit. & Iur. 104
2. Gratiani circa hanc rem opinio in Iure
Canonico. 108
3. Male Ius Gentium determinari à posteri-
ori ex Gentium actibus , commune esse
omnibus. Et quemadmodum ab omnibus
constitutum esse dici queat. 109

TITULUS OCTAVUS.

De Jure Civili.

1. Ius Civile à Iure Gentium origine ex
fundamento non differre. 113
2. Quid sit Ius Civile ? qua necessitate ac
ratione determinatum ? 112
3. Iuris Civilis summum caput , ejusque
precepta , juxta quæ id quod justum
est Iure Civili cuiusque populi dignos-
citur.

INDEX.

- | | |
|--|-----|
| citur. | 114 |
| 4. <i>Ius Civile Hebraorum.</i> | 116 |
| 5. <i>Grecorum Profectio in Aegyptum.</i> | 117 |
| 6. <i>Ius Civile Romanorum, eius origo, contextus, excellentia, Autoritas.</i> | 118 |
| 7. <i>Quamobrum Iustitia legum Romanarum singulatim hoc opere non detinatur.</i> | 121 |

LIBRI SECUNDI

TITULUS PRIMUS.

An *Justum* sic quod ob bonum publicum ab hominibus constitutum est.

- | | |
|---|-------|
| 1. Undenam determinetur an hoc illudire ad <i>Iusti denominationem</i> referri queat. | 122 |
| 2. <i>Iustum</i> esse quod queritur, & cur? | 123 |
| 3. De essentia legis esse, ut propter communione bonum feratur. | 124 |
| 4. Bonum illud internum esse, ex externum. | ibid. |
| 5. De Bono externo nostram questionem proponi, eamque duplicem fieri. | 125 |

N 4. TITU-

INDEX.

TITULUS SECUNDUS.

De Potestate Humana consti- tuendi Jura Humana.

1. Hanc potestatem non iustum tantum esse ex voluntate divina, sed ex necessa-
riam ex ratione naturali. 127
2. Ordinatio Societatis humanae Familiaris,
Economica. 128.
3. Ordinatio societatis humanae perfectior,
rationalis ex Politica. 129.
4. Potestas illa ordinandi nec expressa Dei
voluntate demonstratur. 130.
5. Dei Ordinationi resistere, qui Potestati
resistit, qua Deum. authorem habet,
et hoc non est contra ius. 132.

TITULUS TERTIUS.

De iustitia eius, quod constitutum est ab hominibus secundum, præter, vel etiam contra jus divinum.

1. Ius divinum triplex esse. Morale imma-
cabile, ex quantum est. 135.
2. Ius.

INDEX.

2. *Ius Ceremoniale, & Iudiciale abrogatum esse ex communione assertione, & quamobrem?* 137
3. *Queram Iuri Hebreorum Iudiciale annumerentur?* 139
4. *Polyganiae quoniam refendit sit, & qualis sit: an Iusta fuerit in veteri-
evo?* 140.
5. *Ius Prinogeniturale ad Ius Iudiciale Hebreorum referri.* 142
6. *Nec Ius Ceremoniale, nec Iudiciale in-
quam ad nos pertinuisse, neque adhuc
pertinere. Sed Morale omnimodo.* 143
7. *Quamobrem Noachidarum precepta u-
nosquisque suscipere olim tenebantur
sub reatu moris, non autem Isaeli-
tarum Mosaea.* 144
8. *Non tantum prater, sed & contra ius
Ceremoniale ex iudiciale Hebreorum
ius ac justum constitui posse.* 147
9. *Quatenus etiam iura Mosaica ad omnes:
Gentes pertineant?* 142.
10. *Conclusio circa propositiones quae stio-
nem.* 150.

M. S. TLTU.

I N D E X.

TITULUS QUARTUS.

Quatenus utile justum sit.

1. Utile justum esse quatenus honestum & recte rationi consentaneum. 152
2. Unum idemque esse recte rationi parere atque Deo, & quatenus utilitas justa mater sit? 153
3. Divortium faciendum ab Aristippo & Carneade hanc in parte, ex quamobrem. 155

TITULUS QUINTUS.

De præminentia boni atque utilitatis Publicæ.

1. Nihil injustum esse ex eo, quod privatum in commodum praferat in ordine ad publicum bonum. 157
2. Quamobrem non habeat, quod queretur privatus ob incommodū privatū? 159
3. Magistratus officium in publici munieris administratione. 160
4. Populi nobile responsum ad Antiochum, & M. Attily Reguli cordatum exemplar.

I N D E X.

- emplar. 161
5. Principium esse naturæ seipso diligere,
at rationis præceptum, magis diligere
Patriam. 163

TITVLVS SEXTVS.

De Potestate Humana Circa re-
rum dominia.

1. Hominem, qua anima! rationale, domi-
num esse omnium rerum. 166.
2. Dominii attributum esse liberam de re-
bus disponendi potestatem. ibid.
3. Potestas juris Civilis circa dominia jure
Genitum delata. 167
4. Mutare rerum dominia ad legis effectum
referri, & Majestatis esse: 168.

TITVLVS SEPTIMVS.

De vario usu Principiorum boni &
æqui, & applicatione præcep-
torum rectæ rationis.

1. Gradus principiorum. Gradus officiorum.
Gradus Iustitiae, ex qua ratione di-
gnoscantur? 171

N 6

1.Im-

INDEX.

2. Imperfetto humana in definiendo ex quod
+ iustum est; Vide Gentilium major dif-
ficiles quam Christianorum. 173.
3. Christianorum difficultatem in applica-
tione congrua sitam esse. 177.
4. Quidem admodum intelligendi, quis de iuris
immutabilitate verba habent? 178.
5. Amesia hallucinatio non circa Iustitiam,
sed naturam Prescriptionis. 180.
6. Usus Principiorum, seu Pracepcionum
vario demonstratur. 182.
7. Rationes perpetuae in disjudicandis Prin-
cipiis, eorumque Praeminentia eli-
cienda. 186.
8. In omni administratione humana con-
silia magna dexteritate temperanda
esse. 188.
9. Epilogus libri 1. et 2. 190.

LIBER TERTIUS.

TITULUS PRIMUS.

Quid Usucapio? Quid Pre-
scriptio?

1. Usucaptionem esse adjunctionem dominii per
continuationem possessionis temporis
lege. 1

INDEX.

1. *Significatio definitionis.* 192
2. *Prescriptionem esse exceptionem, qua in iudicio, causa est, qui legitime usus depit.* 193
3. *Effe ex alias prescriptio[n]es, que hic ad nos non pertinere.* 194
4. *Vnucum requisitorum in persona domini, ut dominium amittat, sci. negligenter per tempus lege definitum.* abida
5. *Quatuor requisita in persona Usuacipientis, ut dominium ei legitimè adiutor, Iustus titulus. bona fides. Possessio. Continuatio possessionis.* 195
6. *Requisitum in re, de cuius domino queritur, no talis sit que usuapo queatur.* 197

TITULUS SECUNDUS.

De effectu Usuacionis.

1. *Effectum in dominio adiunctione consistere.* 198
2. *Dominium directum adjici, explosis interpretum pugnis.* 199
3. *Usuacionem firmum acquirendi dominium effe de jure Crvili Romanorum, Hebraeorum salvo. IXBILBO,* Graec-

INDEX.

- Gracorum, hodie omnium Christianorum.* 200.
4. *Vsucaptionem in genere Iuri Gentium, In specie Iuri Civili adscribendam esse.* 203.
5. *Vsucaptionem à Romanis renovatam, explicatam, reformatam esse,* 205.

TITULUS TERTIUS.

De Rationibus introducendæ Vsucaptionis.

1. *Rationes referri in l.i.D.de Vsucap.* 206.
2. *Rationem boni publici revera esse in Vsucaptione.* 207.
3. *Remedium malij visum fuisse si negligenter domini puniretur.* 210
4. *Cur placuerit negligentem dominum dominio rei sue multare, ac non potius pena aliqua pecuniarie.* 211
5. *Prescriptionem patronam humani generis dici à Cassiodoro, remedium justissimum à Pontificiis.* 212
6. *Pactis privatarum prescriptioni renunciari non posse.* ibid.
7. *Odiosa omnis novitas. Logia agrariae incomoda.* 213

TITV-

INDEX.

TITULUS QUARTUS.

Sicne lex justa quæ Usucaptionem inter homines instituit.

1. *Iustum esse, ex generali justa potestate puniendi Sontes.* 215
2. *Ex speciali justa potestate legis dominie rerum de uno in alium transferendi ob bonum publicum.* ibid.
3. *Ex consensu ipsius negligētis Domini.* 216
4. *Ex ipsa rerum terrestrium natura.* 218
5. *Ex justa possessione.* 220
6. *Ex iusta occupatione.* 221
7. *Confirmari ex iure naturali rationali.* 222
8. *Ex iure Gentium.* 223
9. *Ex iure Divino generaliter.* 225
10. *Ex iure Divino specialiter.* 228

TITULUS QUINTUS.

De iis quæ adversus Justitiam Usucaptionis facere videntur.

1. *Non obstare, quod dicitur, legem civilem non posse auferre dominium, quod est juris Gentium.* 232
2. *Nos*

I N D E X.

- 2 Non obstat regulam, rem meam non posse
sine facto meo ad alium transferri. 233
- 3 Non obstat regulam, neminem debere lo-
cuptari cum alterius iactura. 234
- 4 Quemadmodum prefata regula ad Vsu-
cpcionem introducendam maximè
fecerit. 236
- 5 Qua ratione bona fides tantum hic pre-
stet, quantum alias ipsa alienationis
veritas. 237
- 6 Christianum iſſe Vſucpcionem instituere
ex parte legis, Prescriptione uti ex
parte Vſucpcionis, Prescriptionem ad-
mittere ex parte negligētis domini. ibid.
- 7 Hallucinatio, cuiusdam circa Cap. 7.
vers. 12. Matthei. 238
- 8 Natura praecepti, tibi quod fieri nō vis,
alteri ne feceris. Ad omnes omnino
casus referri posse prout humana vita
consociatio expostulat. Interpretatio-
nem & applicationem ex recta ratione
desiderare. 239
9. Vſus ejus in materia Vſucpcionis, ut non
contra eam, sed pro ea militet. 240.
10. Hoc praeceprum Imp. SEVERO
ALEXANDRO & I.Cis ei-
jusdem ari sepe in mentem venisse. Qui
tamquam nullibi id contra Vſucpcionem
faciat

I N D E X.

- facere existimarentur. 242
11. *Ius Civile per peram iustitiae argui ex eo quod consuetudo tempora Usucaptionis prolongarit.* 245
12. *Quod dicitur tempus non esse modum introducendi obligationis, nihil facere adversus Usucaptionem.* 247
13. *Explicatio Novella 9. per Novellas 111. et 131.6 pro temporali.* ibid.

T I T U L U S S E X T U S.

De Foro conscientię, sive redditu: lex Usucaptionis hominem tranquillum in conscientia.

1. *Legem Usucaptionis hominem tranquillum reddere in utroque foro.* 251
2. *Eum qui legitime uscepit nec ante nec post adimpletam Usucaptionem in mala fide versari, licet ex c.* 252
3. *Non urgeri à Deo, defendi in utroque foro à Pontifice ex Imperatore.* 253
4. *Fricola Rosella discentio inter Theologos ex Iuris Canonici Doctores, quoad determinationem casuum conscientie.* 254
5. *Non dari à Theologis denuntiationem Evangelicam, si post adimpletam legitime.*

INDEX.

- timè Usucaptionem constat de re aliena. 255
6. Qua ratione à Furto liber sit, qui usuccepit. ibid.
7. Quemadmodum bonorum damnatorum justa possessio est, ita esse rerum per Usucaptionem adiectarum. 257
8. Negligentem dominum absque furti crimine non posse rem, quam passus est usucapi, ad se transferre seu vi, seu clam, seu compensatione facta. 258

TITULUS SEPTIMUS.

Num per jus Canonicum correctio iuris civilis contigerit, quoad malam fidem ante adimplentam Usucaptionem.

1. De jure Civilis aque, ac de jure Canonico, bonam fidem requiri in inicio, medio ac fine Usucaptionis: unica casu excepto, nemirum successoris universalis. 260
2. Rationes specialis exceptionis, ex necessarie excusationis in successore universali. 261
3. Excepto dicto casu in ceteris etiam de jure

I N D E X.

- ... jure Civilis bonam fidem ad ultimum
usque momentum requiri. 263
4. Confirmatio ex absurdo consequentia
265
5. Possessori ab initio base, at postmodum
male-fidei non patrocinari rationes
introducenda Viscapionis. Ibid.
6. Quidnam unicuique faciendum, qui no-
natur aliena se possidere, ut tunc sic
coram Deo in foro Poli! 266
7. Quemadmodum quisque tunc sic coram
iudice seculari in foro fori. 267
8. Ius Civile correctione Iuris Canonici non
indigere, neque hic, neque ullo casu, ne
quidem in foro conscientie. 268

TITULUS OCTAVUS.

De Ignorantia in persona domini,
& adversus eam restitutio-
ne in integrum.

1. Ignorantiam vel juris esse, vel facti. Facti
vel proprii, vel alieni. Ignorantiam
juris, & facti proprii injustam & non
probabilem esse. Non impedire Viscap-
ionem. De eâ intelligi quod dicitur in
L. ult. in fine Cod. de Præscrip-
long.

INDEX.

- long. temp. 273
2. Ignorantiam facti alieni iustam & probabilem esse. Eam excusare à prescriptionis periculo. 274
3. Ob ignorantiam facti alieni non necessitatem esse restitutionem in integrum. Merito jure tutis, extraordinario remedio non subvenire. 275
4. In minoribus etiā juris, ex facti proprio ignorantiam probabilem esse. Nunquam eos restitutione indigere. 276
5. Agere non valent, non currere prescriptionem. Nec tempore Belli, nec aliis juste impedito. 277
6. Casus probabilis ignorantia facti alieni. In hisce locū habere quod dicitur, nolle unquam die de iure posse fieri iustum, quod vel centum annis in partium est. Junge num. 4. 279.
7. Bonam fidem possidenti nihil prodeesse, ubi lex Vscaptionem inhibet. 281
8. Scientiam ex patientiam domini ex communī assertione de necessitate requiri in omnis rei incorporalis, sive actionis, sive Iuris Prescriptione. 282
9. Generalis nostra assertio de jure Civili Romanorum, circa restitutionem in integrum adversus ignorantiam. junge num.

I N D E X.

- num. 11. in fine. 283
10. Ex quoniam criatur difficultas inter Dd.
presertim Pragmaticos, quoad decisio-
nem hujus controversie. 284
11. Praxis quoad hanc controverſiam. 285

F I N I S.



Errata typographica.

Pag. 2. lin. 5. lege esse. 4. 2 2. discernimus.
2 5. simulatam. 9. 2 6. qui. 2 2. 2 3. censuit.
2 9. 1 8. pro. 3 6 2 2. colere. 4 1. 1 8. secun-
dum. 4 2. 2 8. restituenda. 4 6. 2 8. præ-
ceptis. 5 3. 2 1. fuit. 5 7. 1 7. pro. 6 1. 2 5.
sufficeret. 6 2. 9. unusquisque. 1 7. occu-
parunt. 6 6. 1 0. aliumq;. 6 7. 1 5. habitatas.
2 1. turribus. 7 0. 8. alioquin. 8 1. 2 2. mum
1 1 7. 1 6. sterum. 1 1 8. 2 3. αὐτακθα
1 5 8. 1 5. alioquin. 1 6 3. 8. constitue-
ret. 2 1. eversa. 1 6 9. 7. αὐθω.. 1 7 4. 2 6.
Δαύαδη. 1 7 6. 1. differens. 1 7 9. 2. Ju-
risperitissimus. 1 9 2. 4. pro. 2 2 1. 1. sic.
2 2 5. 2. de. 2 4 3. 1 0. ubiq;. 2 5 2. 2 0. supra.
2 8 2. 1 2. Præscriptionibus.

607/53



